

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Andreas Schmidt Michael Friedrich Lerche

**Senecam eiusque Theologiam Praeside Jo. Andrea Schmidt Log. & Primae  
Philosophiae P.P. h.t. Facultatis suae Decano publice proponet Michael  
Fridericus Lerche Glogoviensis Silesius ad d. Maii, MDCLXXXVI.**

lenae: Literis Wertherianis, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747273472>

Druck Freier  Zugang





Sed. Ep. 239 p. fad

53 p.

A - C.

d - P.

d - P.

40 p.

26 p.

32 p.

A - D.

A - E.

A - F.

A - G.

A - H.

A - I.

A - J.

A - K.

A - L.

A - M.

A - N.

A - O.

A - P.

A - Q.

A - R.

A - S.

A - T.

A - U.

A - V.

A - W.

A - X.

A - Y.

A - Z.

52 c. 6.

81.



Ia-1092(81) T.9 E.Y.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747273472/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747273472/phys_0004)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747273472/phys\\_0006](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747273472/phys_0006)

DFG


27.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
**SENECAM  
eiusque  
THEOLOGIAM**


*P R A E S I D E*  
**JO. ANDREA Schmidt**  
Log. & Primæ Philosophiæ P. P.  
h. t. Facultatis suæ DECANO  
*publice proponet*  
**MICHAEL FRIDERICUS Verhe**  
Glogoviensis Silesius  
ad d. Maji, M DC LXXXVI.



---

*J E N Æ,*  
Literis WERTHERIANIS.





31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
*J. J.*

Larorum virorum facta moresque post-  
ris tradere antiquitus usitatum , ne no-  
striis quidem temporibus quanquam in-  
curiosa suorum ætas omisit, quotiens ma-  
gna aliqua ac nobilis virtus vicit ac super-  
gressa est vitium parvis magnisque civita-  
tibus commune, ignorantiam recti & invidiam. Sed a-  
pud priores ut agere memoratu digna primum , magis-  
que in aperto erat ; ita celeberrimus quisque ingenio,  
ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambi-  
tione , bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur. Ac  
plerique suam ipsi vitam narrare , fiduciam potius mo-  
rum, quam arrogantiam arbitrati sunt ; nec id Rutilio &  
Scauro citra fidem, aut obtrectationi fuit ; adeò virtutes  
iisdem temporibus optimè æstimantur, quibus facillime  
gignuntur. Verum seculorum illorum memoriam sal-  
tim superesse sine novis vel certe rarissimis exemplis,  
jam olim questus est Tacitus in Julii Agricolæ vita , cu-  
jus initium hac vice nostrum fecimus. Nam licet & Se-  
neca ad prodendam virtutis memoriam, sine gratia aut  
ambitione, bonæ tantum conscientiæ pretio ductus fue-  
rit, nec tamen ipse suam narrare vitam ausus fuit, nec  
proximi ab illo annalium Scriptores ; quia talis rerum  
facies tunc erat, in qua memoriam ipsam cum voce per-

A 2

di-

didissent homines, si tam in illorum potestate fuisset ob-  
livisci, quam tacere. Postremis igitur temporibus de-  
mum quidam hunc sibi laborem sumserunt, & pro ra-  
tione instituti vel brevius, vel prolixius hujus viri facta  
moresque posteritati commendarunt. Hos inter à no-  
bis numerantur M. Antonius Delrio, Andreas Schottus,  
Justus Lipsius, Maxime Reverendus DN. D. Sagittarius,  
Patronus noster in Coll. MSC. publico de re literaria, &  
incertus auctor in editione Frobeniana. Post illos mo-  
limur idem sed diverso forsan scopo, & diversa etiam  
ratione. Animus nobis erat, capita Theologiæ Natura-  
lis à Seneca passim inspersa colligere, & ad normam  
scientiæ practicæ a DOMINO PRÆSIDI E in lectioni-  
bus publicis tractatæ, disponere. Quo feliores es-  
semus in obtinendo hoc fine, necessum esse duximus,  
vitam atque scripta illius præmittere. Nam qui in hi-  
storia rei literariae hospes non est, nobiscum facile fate-  
bitur, ex ipsa vita, professione, vivendi genere, moribus,  
aliisque alicujus Autoris præcognitis, ipsa dogmata com-  
mode explicari posse, quod sine illis forsan nemo tam-  
prompte præstiterit. Præterscopum hunc diversum, ipsa  
ratio enarrandi vitam non erit eadem cum Auctorum  
illorum laboribus, cum multa adhuc accessisse sperem-,  
quæ nec aliena ab hoc argumento, nec inutilia erunt.

## VITA.

### §. I.

**O**pus hoc dum aggredimur, statim monemus, fuisse  
juxta quosdam duos Senecæ nomine insignes, juxta  
alios vero tres, ex veterum Auctorum sententia. Priori fa-  
vet Martialis, lib. I. Epigram. 62.

Du-

31.

Duosque Senecas, unicumque Lucanum  
Facunda loquitur Corduba.

Posteriori Balthasar Bonifacius in Historia Ludicra Lib.  
XV. c. VII. p. 602. hisce : Senecæ tres, unus Declamator,  
tersa dictione, summo judicio : pater vero facundus ; sed  
inimitabilis : adeò densus & confertus, ut calcem sine a-  
rena appellaverit Caligula : Nepos Tragædiographus, pu-  
rus, gravis, in eo genere apud Latinos unus & unicus.  
Tanta igitur inter se tres hi viri stili ac ingenii dissimili-  
tudine fuerunt, ut, si vel maxime temporum ratio non re-  
pugnaret, tamen unum eundemque esse & Rhetorem &  
Philosophum & Poetam nunquam adstruere poterimus.  
Quinctilianus tamen in Censura sua Autorum unius saltim  
mentionem facit, Lib. X. c. I. Nos ne quid moræ injicia-  
mus sepositis istis omnibus, Lucium illum Annæum Se-  
necam producimus, qui an ab annis, an à Senio, quod nem-  
pe primus hujus gentis canus natus est, prout placet Vos-  
si, appellationem sortitus sit, nec verum afferemus, nec  
arguemus vanum.

§. II. Corduba Hispaniæ metropolis fuit , quæ  
tantum musarum decus tulit. De patre ejus apud anti-  
quos altum fuit silentium : Tacitus enim, qui multa de  
Seneca passim annotavit, Annal. XVI. 17. 3. nihil nobis re-  
liquit, præter seqq. *Mella quibus Gallio & Seneca parenti-  
bus natus* : vix tamen dubium est, quin sit M. Annæus  
Seneca , quem Declamatoris vel Rhetoris titulo à filio  
discriminant Autores, ad id perducti variis locis Suasori-  
arum & Controversiarum, quos interest Raphael Volा-  
teranus , Justus Lipsius , Nicolaus Faber , JC. Andreas  
Schottus . Equestris ordinis eum fuisse inde patet, quia  
præfatione Controvers. Lib. II. filium Melam paterno con-

A 3 ten-

tentum esse jubet ordine. Mela vero juxta l. c. Taciti erat eques Romanus. Matrem habuit Helviam vel Helbiam, ad quam in exilio suo Consolationem scripsit. Ubi Mureti notationem præterire non possumus, duorum disertissimorum matres Helvias fuisse: nam & Ciceronis sic dicta. His parentibus natus in pueritia vel infantia Romam perlatus fuit. Sic enim ipse in Consolat. ad Matrem c. XVII. *Illi*us (loquitur de fratre matris suæ,) *manibus in urbem perlatus sum, illius pio maternoque nutritio per longum tempus aeger convalui.* Fratres habuit, ut ex ante citato Taciti loco patet, natu majorem M. Annæum Novatum, post Gallionem adoptione dictum, & natu minorem L. Annæum Melam, qui secundum Tacitum l. c. n. 4. *Annæum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis.* Mores horum fratrum pater ipse delineavit præfat. Controv. 2. scribens: *Hec eò libentius, Mela, fili carissime, refero, quia video animum tuum à ci- vilibus officiis abborrentem, & ab omni ambitu aversum, hoc unum concupiscentem, nihil concupiscere, ut eloquen- tiae tantum studeas, facilis ab hac in omnes artes decursus est. Instruit etiam, quos non sibi exercet. Nec est quod insidias putas tibi fieri, quasi id agam, ut te bene cedentis studii labor teneat.* Ego vero non sum bona mentis im- pedimentum: perge quo inclinat animus: *& paterno con- tentus ordine, subduc fortune magnam tui partem.* Erat quidem tibi majus ingenium, quam fratribus tuis, omnium bonorum artium capacissimum: *est & hoc ipsum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate ejus, ut illo male u- taris.* Sed quoniam fratribus Tuis ambitiose cure sunt, foroque se & honoribus parant, in quibus ipsa que speran- tur, timenda sunt: *ego quoque aliquando, ejus processus avi-*

avidus, & hortator, landatorque vel periculosa, dum honeste modo, industria, duobus filiis navigantibus, te in portu retineo. De Mella fere idem testatur Tacitus XVI.  
17. 3. Mella petitione honorum abstinuerat, per ambitionem præpostoram, ut eques Romanus consularibus potentia aquaretur. Simul acquirendæ pecunia brevius iter credebat, per procurationes administrandis principis negotiis.

§. III. Juventa Senecæ incidit in tempora Tiberii, ceu docemur ex Epistola 108. In Tiberii Cæsar's principatum juventæ tempus inciderat: alienigenarum sacra movebantur. quod anno Tiberii quinto vel ab urbe condita 772. accidisse ex Tacit. lib. 2. c. 85. colligere licebit. Et hujus mores Patrem formasse, eique in Eloquentiæ studio prævisse trium Librorum Controver. præfationes abunde restantur. Non tamen cum Fratre Mella huic soli se dicavit, sed in reliquas artes quoque descendit, in quibus optimos illius ævi magistros audivit. Apud Sotionem Philosophum (secundum Gellium libr. 18. è peripatetica disciplina, secundum alios vero Stoicum Pythagorizantem) puer sedit. ep. 49. & ep. 108. Idem Sotion ei amorem Pythagoræ injectit: quoniam cœpi, inquit, tibi exponere, quantum majori impetu ad philosophiam juvenis accesserim, quam senex pergam, non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagoræ injecerit Sotion. Secutus quoq; est Attalum (ex philosophis, quos illa ætas vidit longè subtilissimum & facundissimum. conf. Suasor, 2.) ceu ex eadem epistola liquet: Hac nobis præcipere Attalum mermini, cum scholam ejus ob sideremus, & primi veniremus, & novissimi exiremus: ambulantem quoque illum ad alias disputationes evocaremus, non tantum paratum dissentibus, sed obvium. Meminit quoque sæpe Papirii Fabia-

biani, ejusque orationem laudat in epistola 40. *Fabianus*  
*Vir egregius & vita & scientia, & quod post ista est, elo-*  
*quentia quoque, disputabat expedite magis, quam concita-*  
*te: ut possis dicere facilitatem esse illam, non celeritatem.*  
conf. epistola 52. Et admiratorem etiam Demetrii Cy-  
nici se professus est epistola 62. *Demetrium virorum o-*  
*ptimum, mecum circumfero, & relictis conchyliatis, cum il-*  
*lo seminudo loquor, illum admiror. Quidni admirer? vi-*  
*di, nihil ei deesse.*

§. IV. Tot tantosque viros cum vel audiverit vel  
secutus fuerit, alicui fortè adhuc dubium esse poterit,  
cuinam sectæ nomen suum dederit. Ab initio Pytha-  
goræum fuisse, sed postea eorum castra iterum deseruisse,  
ipse nos docet epistola 108. non pudebit fateri, quem  
mihi amorem Pythagoræ injecerit Sotion. Docebat, quare  
ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimi-  
lis utrique causa erat, sed utrique magnifica. Hic homi-  
ni satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, & cru-  
delitatis consuetudinem fieri, ubi in voluptatem esset addu-  
cta laceratio. Adjiciebat, contrabendam materiam esse  
luxuria: colligebat, bonæ valetudini contraria esse alimen-  
ta varia, & nostris aliena corporibus. At Pythagoras omni-  
um inter omnia cognationem esse dicebat, & aliorum com-  
merciūm in alias atque alias formas transeuntium. Nul-  
la (si illi credas) anima interit, nec cessat quidem, nisi tem-  
pore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur. Videri-  
mus per quas temporum vices, & quando pererratis plu-  
ribus domiciliis, in hominem revertatur: interim sceleris  
hominibus ac parricidii metum fecit, cum possint in paren-  
tis animam inscii incurrere, & ferro, morsuve violare, in  
quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur. Hac cum expo-  
su-

31.

suisset Sotion, & impleisset argumentis suis: non credis, inquit, animas in alia corpora atque alia describi? & migrationem esse, quam dicimus esse mortem? Non credis in his pecudibus feris ve, aut aqua mersis, illum quondam hominis animum morari? Non credis, nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem? nec tantum cœlestia per certos circuitus verti, sed animalia quoque per vices ire, & animos per orbem agi? Magni ista crediderunt viri, itaque judicium quidem tuum sustine: ceterum omnia tibi integra serva. Si vera sunt ista, abstinuisse animalibus innocentia est: si falsa, frugalitas est. Quod istic crudelitatis tuae damnum est? Alimenta tibi leonum & vulturum eripio. His instinctus, abstinere animalibus cœpi; & anno peracto non tantum facilis erat mihi consuetudo, sed dulcis. Agiliorem mibi animum esse credebam: nec tibi hodie affirmaverim an fuerit. Quæris, quomodo desierim? In Tiberii Cæsar's principatum juventæ tempus inciderat: alienigenarum sacra movebantur: sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animantium abstinentia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, sed philosophiam oderat, ad pristinam consuetudinem redii: nec difficulter mibi, ut inciperem melius cœnare, persuasit.

§. V. Non osculatus est Epicuræam sectam, etiam si ep. 107. dixerit: *Epicurus Noster*; & sæpe Epistolas suas dictis Epicuri signaverit. Expressæ enim Epicurum opponit Noster Stoicis epist. 8. Potest fieri, ut me interroges, quare ab Epicuro tam multa bene dicta referam potius, quam nostrorum. Neque Cynicus fuit, licet de Demetrio Cynico dicat: *Demetrius noster*. VII. Benef. 2. sed maximam partem Stoicus. Hinc Stoici nostri, ait, in li-

B

bro

bro, quod in sapientem non cadat injuria, c. 2. & simpli-  
citer Nostri, ep. 117. Chrysippus noster, II. Benef. 17. Cle-  
anthes noster, ep. 107. Posidonius noster, ep. 113. confe-  
ratur epist. 33. 83. 104. Accedit testimonium Lactantii,  
qui lib. I. de Falsa Religione c. V. p. 26. Edit. Lugd. 1660.  
*Anneus Seneca*, inquit, qui ex Romanis vel acerrimus Stoic-  
us fuit, quam summum Deum merita laude prosequitur.  
Et Lib. II. c. IX. p. 181. melius Seneca omnium Stoicorum  
acutissimus, qui vidit nihil aliud esse naturam quam Deum.  
Vid. Lipsii Manuductionem ad Philosoph. Stoicam, &  
Jonsium de Scriptoribus Histor. Phil. c. XII. p. 311. seqq.  
Tum temporis enim sub Imperatoribus præcipue Stoici  
Romæ florebant: quæ secta illo ævo vel celebrior & fre-  
quentior erat. Nec Romæ tantum, sed in toto Romano  
Imperio velut sedes suas habebat. Juvenal. Satyr. XV.

-- -- sed Cantaber unde

Stoicus, antiqui præsertim ætate Metelli?  
Nunc totas Grajas nostrasque habet orbis  
Athenas.

Gallia causidicos docuit facunda Britannos,  
De conducendo loquitur jam Rhetore  
Thule.

§. VI. Stoicæ Philosophiæ sectatorem illum fui-  
se, nulli amplius dubitamus. An vero etiam Christiani-  
smo seu clam, seu palam nomen dederit, à Viris erudi-  
tione claris sæpe disquisitum fuit. Hoc enim quibus-  
dam solenne fuit, ex nimia quadam liberalitate gentiles  
in cœlum transferre. Profitetur Erasmus, se sibi tem-  
pare vix posse, quin, cum legat quædam sancte & religio-  
se à Socrate usurpata apud Platonem vel alios, exclamat:  
Sancte Socrates ora pro me, in Colloquio Religios. De Ci-  
ce-

31.

ceronis quoq; anima dubitat, ubi, aut quomodo nunc agat,  
in prefat. quest. Tuscul. Refert Balæus, Colonenses, Theo-  
logos annumerasse Divis Aristotelem, & librum, etiam  
typis vulgasse, cui titulum fecerint : *De salute Aristote-  
lis.* Alium etiam librum eosdem illos scripsisse de Vita  
& morte Aristotelis, in cuius calce legeretur illud : Aristo-  
telem sic suiss Christi præcursorum in naturalibus, quem  
admodum Baptista fuerit in iis, quæ ex gratia eveniunt.  
Sed & Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 5. 6. 7. proba-  
tiores Gentilium, uti Socratem & huic similes, cœlo rece-  
ptos censem, quod & statuit Justinus Martyr in utraque A-  
pologia, referente DN. Cap. Ziglero de Diaconis vel Dia-  
conissis veteris Ecclesiæ p. 228. Pari modo multi de Se-  
necæ salute partim dubie, partim audacter pronuntia-  
runt. Otho Frisingensis, cit. Lipsio, Senecam non tam  
Philosophum, quam Christianum dicendum esse voluit,  
adductus forte illo quod epistola 96. habet : *si quid creditis  
mibi, intimos affectus meos tibi cum maxime detego : in o-  
mnibus, qua aspera videntur & dura, sic formatus sum : Non  
pareo Deo, sed assentior : ex animo illum, non quia neces-  
se est, sequor. Nihil unquam mibi incidet, quod tristis  
excipiam, quod malo vultu : nullum tributum invitius con-  
feram.* Neque id tantum in rei testimonium adduci-  
tur ; sed etiam epistolæ ad Paulum Senecæ, & ad Sene-  
cam Pauli effinguntur, quibus tanquam Achilleis argu-  
mentis evincere volunt religionem Senecæ, idque exinde,  
quia tempore Apostolorum vixerit, hæcque sententia  
ipsum etiam Augustinum & Hieronymum approbatores  
habuit. Extant epistole, sunt verba Andreæ Riveti Crit.  
Sac. Lib. I. c. V. p. 1075. Roter. 1625. nomine Pauli ad  
Senecam & Seneca ad Paulum, quas ante paucos annos

B 2

noz

39

40

41

42

43

44

45

46

non esse conflictas, constat ex Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Hieronymi, cui ficte illae merces ita imposuerunt, ut propterea Senecam Scriptoribus Ecclesiasticis annumeraretur. Quem, inquit, non ponerem in Catalogo sanctorum, nisi me illae epistole provocarent, quae leguntur à plurimis, in quibus cum esset Neronis magister, & illius temporis potentissimus, optare se dicit ejus esse loci apud suos, cuius sit Paulus apud Christianos. Sed quis dubitaret, quin hæc ab aliis sint scripta & supposititia, cum aperta in eisdem habentur falsa, & potissimum, ut advertit Baronius Tom. V. Ann. LXVI. Sect. XI. ubi de incendio Neronis egit. Unde tum ille ad Paulum, tum hæc ad Senecam suspectæ nobis videntur, potissimum si penitiori oculo stili ariditatem intueamur. Quæ non gravitas operibus & scriptis alis Senece magnam affundit gloriam? Verum hic dominatur non concinnitas verborum neq; elegantia elocutionis: sed plerumque voces cassæ & inanes, quæ nullo pondere sunt conspicua. Et licet antiquitatem sapiant, non omne quod antiquum genuinum. Forsan hæc de epistolis opinio fluxit ex Actis passionis Pauli, nomine Lini conflictis in quibus hæc leguntur: Institutior Imperatoris adeo est illi amicitia copulatus, videns in eo Divinam scientiam, ut se à colloquio illius temperare vix possit; quo minus si ore ad os alloqui eum non valeret, frequentibus datis & acceptis epistolis ipsius dulcedine & amicabili colloquio frueretur. Hæc prælaudatus Autor. Qui recte per particulam dubitandi forsan scribit, cum auctor actorum Passionis Pauli à Barthio adversar. lib. 43. c. 13. p. 1954. Hieronymo habeatur posterior. Si dicendum quod res est, maxime probabile videtur, quendam hominem otiosum has epistolas conscripsisse ingenii exercendi ergo, vel pia

31.

pia fraude voluisse homines ad amorem religionis & cultus Divini solicitare. Vetustissimorum enim Christianorum morem fuisse ad persuadendum fidem veram fictitiis autoribus suas commentationes inscribere, extra controversiam esse putamus. Addit Barthius l. c. *qui sane mos ad eo vituperabilis non est, quam volunt quidam, quibus omnia que gloria non sunt, vident, cum optima piissimum hominum intentio fuerit, multique exemplis vel fictis ad pietatem probitatemque sint animati.* De qua sententia universaliter & crude posita adhuc valde dubito Lactantius quidem: *Seneca, inquit, potuit esse verus Dei cultor, si quis illi monstrasset, & contemisset profecto Zenonem & magistrum suum Sotionem, si vera sapientiae dum nactus esset, Lib. VI. c. 24.* sed possibilitatem non negamus. Et Joh. Sarisberiensi libr. 8. Polycrat. c. 13. desipere videntur, qui non venerantur eum (*Senecam*) quem Apostolicam familiaritatem meruisse constanter. Verum enim vero salva hujus autoritate judicium & ulteriore probacionem optimorum patrum desideramus. Si Seneca christianus: cur tantis erroribus scripta scatent. Nunquam Christi, nunquam Pauli Apostoli mentio fit: neque ullus qui historiarum monumenta consignavit, uspiam Senecam sub vexillo Christi sistit. Sunt tamen nonnulli, qui illud obtendunt, quod Paulus Epistola ad Philip. IV. 22. mentionem facit sanctorum ex domo Cæsaris. Jam inquiunt, quis major in Cæsaris Neronis domo, quam Præceptor Seneca, quod etiam Hieronymo, de quo supra, erroris caliginem obduxit. Sed & imbecilia sunt & frivola: fuisse quidem nonnullos ex aulicis Neronis ad Christum conversos, certum est ex Epistola ad Philip. I. 10. Sed quis probare sataget, inter illos etiam

B 3

iam

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

iam fuisse Senecam. Vid. Histor. Philos. Georg. Hornii. lib. IV. p. 255. Lugd. Batav. 1655. Michael Waltherum. Officin. Bibl. p. m. 1219. seqq. & Modium in Nov-anti-quis epist. XXI. Kortholt de Christianismo Senecæ. Sed in re dubia diutius morari, consultum non erit.

§. VII. Potius in id inquirere lubet, qualem se in foro præstiterit. Quæsturam primo gessit, quam Materteræ suæ se debere fassus est Consol. ad Helv. c. 17. *Il-la pro quaestura mea gratiam suam extendit: & que ne sermonis quidem, aut clare salutationis sustinuit audaciam, pro me vicit indulgentia verecundiam.* Causas quoque egit testante ep. 49. Modo apud Sotionem philosophum puer sedi, modo causas agere cœpi, modo desu velle agere, modo desu posse. Has sæpe egregie egit, erat enim huic viro, inquit Tacitus XIII. 3. 3. *Ingenium amœnum & temporis illius auribus accommodatum.* Suo tamen cum damno felicitatem illam conjunctam esse vidit. Nam cogitaverat de tollendo Seneca Caligula, livore suffusus, cum causam quandam in Senatu egregie & feliciter egisset ipso præsente, cuius rei testis est Dio Cassius Lib. LIX. de Caligula. οὗτος Σενέκας οὖσις Λάζης ο πάντας μὴ τὰς καθ' εἰσιν ῥομαιώς, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας οὐφίας ἔχεσσες, δι-εφίσιεν παρ' ὅλησ, μήτ' αἰδινός τι, μηδὲ δόξας, ὅπι δίκην πινδαῖ τοῦ συνεδρεύοντος αὐτῷ καλῶς εἴπε: *Lucius vero Annæus Seneca omnes sui temporis Romanos, multosque alios sapientia præstans penè interiit, neque ullo suo peccato, neque opinione peccati, sed quod causam aliquam in Senatu præsente Cajo egregie egisset.* Hæc cum desviissent pericula, nihilominus tamen agro decidere coactus fuit. Et ne forte huic actui species aliqua, colorque quibus injuriam contegere & induere posset Im-

pe-

perator, decesset, subinde inurere Senecæ crimen aliquod  
attentârunt. Hic adulteria causabatur, ille nescio quid  
sceleris nefandi: sic enim Dio Cassius Lib. LX. Claud. p.  
670. Ταῦτα μὴ δν, αὐτὸς τε τὸ κλαυδίον ἔργα ἦν, καὶ οὐφ' ἀπάν-  
των ἐπῆνεστο. Επεράχθι ἢ καὶ ἀλλα τί περί όμοιότερη παίπο  
τῶν ἐλευτέρων αὐτὸς, καὶ ταῦτα τῆς γυναικὸς Οὐαλερίας Μεσαλί-  
νης. Ἀυτη μὴ δὲ τὴν Ιελίας τὴν ἀδελφὴν αὐτὸς, οὔργιως εἴσποτε ἄ-  
μα, ὅπι μή το διπιστοῦ ἀντῆς, μήπο εἰολακάνεισ, καὶ ζηλοτι-  
ποποια, ὅπι τεκμαθήσ το ἦν, καὶ μόνη τῷ κλαυδίῳ πολλάκις συν-  
εργάμετο, ἐξώργισεν, ἐγκλήματα ἀντῆς, ἀλλα το καὶ μοιχείας τεθρα-  
σκευάσασ (ἐφ' ἥ καὶ ο Σενέκας ο Λύτιος ο Φουγε) καὶ υπερέγνηε  
πολλῷ καὶ ἀπέκτενεν αὐτήν. Hac Claudi erant actiones lau-  
data ab omnibus. Ceterum alia his absimilia à libertis  
ejus & uxore Valeria Messalina agebantur. Hac Julianus  
Germanici filiam, indigne ferens, se ab illa enim honora-  
ri, non adulari, formaque ejus emula, ac quod sibi sola  
cum Claudio ageret, extorrem egit, paratis cum aliis, tum  
adulterii criminibus: ob qua Annaeus etiam Seneca in exi-  
lium pulsus est, neque multo post Julianam eadem necavit.  
Vid. simul Joh. Conrad. Dietrici Histor. Caji Caligul. &  
Tiberii p. 48. Quidam tradunt Senecam tanto amore à  
Romanis affectum, tantoque honore maestatum fuisse, ut  
inde Clavius Imperator indignationis causam & odii in  
Nostrum traxerit, eaque propter in Corsican relegate-  
rit. Consentit huic assertioni Juvenalis Commentator anti-  
quius, qui nostrum eundem esse putat cum Tragœdiogra-  
pho, referente Joh. Conr. Dietr. in historia supra citata  
p. 49. his verbis: Sub Claudio, quasi conscius adulterio-  
rum Juliae, Germanici filiae, in Corsican relegatus, & post  
triennium revocatus est, cuius exilio ipse etiam meminit  
in Octavia, quando inquit: *Quid me potens fortuna fal-  
aci mihi blandita vultu forte contentum mea alte extu-*

16

listi, gravius ut ruerem edita receptus arce, torque perspi-  
cere metus? Melius latebam procul ab invidia malis re-  
motus, inter Corsici rupes maris, ubi liber animus, & sui  
juris, mihi semper vacabat, studia recolenti mea. Mis-  
erias hasce per triennium, vel quod Lipsio placet per octo  
annos tulit, ubi dum constanter, fortiter, & feliciter prout  
jactat, vixit, talem se præstítit Philosophum, qualem passim  
in scriptis suis desideravit. Postquam Claudio ultimum  
subire diem coegisset Messalinam uxorem, propter pu-  
blicum ejus pellicatum, sibique Agrippinam assulmisset  
Germanici filiam & Neronis matrem, serenior dies Viro  
docto affulgere cœpit. Hæc enim Seneca restitutionem  
a Claudio impetravit; cui deinceps Neronis cura a Clau-  
dio & Agrippina demandata fuit, ut ille sub tanto omnis  
eruditionis & prudentiæ principi rudimenta & tyroci-  
nium futuræ gubernationis deponeret. Sic enim Taciti-  
tus XII. v. 3. At Agrippina ne malis tantum facinoribus  
notesceret, veniam exilit, pro Anneo Seneca, simul pratu-  
ram impetrat, latum in publicum rata, ob claritudinem  
studiorum ejus, utque Domitii pueritia tali magistro  
adolesceret, & consiliis ejusdem ad spem dominationis ute-  
rentur, quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii,  
& infensus Claudio dolore injuria credebatur. Et XIII.  
2. i. seqq. Ibatur in cædes, nisi Afranius Burrhus, & An-  
neus Seneca obviam issent. Hi rectores Imperatoria ju-  
ventæ, & pari in societate potentia concordes, diversa ar-  
te ex equo pollebant. Burrhus militaribus curis, & seve-  
ritate morum; Seneca præceptis eloquentia, & comitate  
bonesta, juvantes invicem, quo facilius lubricam principis  
statem, si virtutem aspernaretur, voluptatibus concessis  
retinerent. Certamen utrique unum erat contra fero-  
ci-

31.

ciam Agrippina, &c. Dio Cassius Lib. LXI. Neron. p. 691.  
Σενέκας, inquit, καὶ ὁ Βύρρος Φωνιμώτατοί τε ἄμα καὶ δυνα-  
τώτατοί τοι τοῖς Νέρωνα ὅντες. ὁ μὲν ἔπαιχε τοῖς δορυφο-  
εσσοῖς, ὁ δὲ διδάσκαλος αὐτοῦ. Seneca & Burrhus homines  
sapientissimi & apud Neronem maximæ autoritatis. Ho-  
rum alter prætorianis militibus præerat, alter doctor ejus  
erat. An Consul factus sit non convenientur Autores :  
Ausonius palam : *dives Seneca*, inquit, *non tamen Consul*. Cui videtur adversari, quod Libri Legum ad SCt. Trebellianum affirmant, ut Ulpianus : tem-  
poribus Neronis octav. Calend. Septembr. Annæo Seneca & Trebellio maximo Cons. factum est Senatus consul-  
tum. Sed fortassis hi honores fuere extraordinarii, ipse-  
que Seneca consul vicarius dictus est, annuente DN. D. Sagittario Nostro in Collegio MSC. G. J. Vossio de hist.  
Latin. lib. I. c. 25. p. m. 129. Lipsio in Vita.

§. VIII. Hunc splendorem non exiguæ comita-  
tæ sunt divitiæ : magnas enim opes quæsivit post exili-  
um admissus in aulam, imo potius ultro occursantes ac-  
cepit : ex munificentia enim principis plerasque habu-  
it : si fides est habenda Barthio, intra quadriennium  
centum & quinquaginta auri, quas vocamus, Ton-  
nas, coegit, & quingentas mensas citreas possedit.  
Barth. ad Claud. p. m. 1156. Hortos ibidem non pau-  
cos habuit & villas : Nomentanum, Albanum, itemque  
Bajanum : domum præterea, cuius præstantia apud po-  
steros memoriam sui diu servavit. Dio Cassius equidem  
Senecam quadringtonies sestertium (secundum suppura-  
tionem Lipsii, decies centena philippicorum) possedisse,  
atque Britannis sub magna usura credidisse, idque cau-  
sam ingentis Britannorum cladis extitisse, quod univer-

C sam

32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.

sam illam pecuniam uno tempore repeteret, memoriae  
prodidit lib. 62. Neron. p. 701. Suilius ap. Tacit. XIII.  
42, 5. divitias ipsi objicit variis artibus acquisitas. Quia  
sapientia, quibus Philosophorum preceptis, intra quadriennium regiae amicitiae, ter millies sestertium paravisset? Ro-  
ma testamenta & hortos, velut indagine ejus capi. Italiam  
& provincias, immenso fætore hauriri. Post mortem  
Burrhi quoque variis criminacionibus Senecam adorti-  
fuerunt, tanquam ingentes & privatum modum evectas  
opes adhuc augeret: quodque studia civium in se ver-  
teret: hortorum quoque amoenitate & villarum magni-  
ficentia quasi principem supergrederetur. Annal. XIV.  
§ 2. 2. At Seneca criminantium non ignarus, à Neroni tem-  
pus sermoni orat; & accepto, fatetur, se tantum hono-  
rum atque opum ab eo accepisse, ut nihil felicitati sue de-  
sit, nisi moderatio ejus. Tu, inquit, gratiam immensam,  
innumeram pecuniam dedisti. Levissimis vero curis im-  
par, opes ultra sustinere non possum, presidium peto. In-  
ibe eas per procuratores administrari, in tuam fortunam  
recipi. Supereft tibi robur, & tot per annos nixum fa-  
stigii regimen; possumus seniores amici quiete responde-  
re. Hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa-  
vexisse, qui & modica tolerarent. Ad quæ Nero: ratio-  
ne, consilio, preceptis pueritiam, denique juventam meam  
fovisti. Et tua quidem erga me munera, dum vita sup-  
petet, aeterna erunt. Quæ à me babes horti, & fænus, &  
villa, licet multa videantur, plerique haut quamquam arti-  
bus tuis pares, plura tenuerunt. Et tibi valida etas, re-  
busque & fructui rerum sufficiens. Non tua moderatio,  
si reddideris pecuniam, nec quies, si reliqueris principem,  
sed mea avaritia, mea crudelitatis metus in ore omnium.

vcr-

versabitur. Quod si maxime continentia tua laudetur:  
non tamen sapienti viro decorum fuerit, unde amico infamiam parat, inde gloriam sibi recipere. His adjicit complexum & oscula, factus natura & consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis. Seneca (qui finis omnium cum dominante sermonum) gratias egit. Ab eo tempore instituta prioris potentiae commutat: prohibet cœtus salutantium: vitat comitantes, rarus per urbem quasi valetudine infensa, aut sapientiae studiis, domi attineretur. Debinc ferebatur Seneca, quo invidiam sacrilegii à semet averteret, longinqui ruris secessum oravisse: & postquam non concedebatur, ficta valetudine quasi ager nervis, cubiculum non egressus. Tradidere quidam, venenum ei per libertum ipsis, cui nomen Cleonicus, param, jussu Neronis: vitatumque à Seneca proditione liberti, seu propria formidine, dum simplici victu, & agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat. Annal. XV. 45. 4. seqq. Nihilominus cum Natalis conjurationem fateretur, Pisonem nominavit & Senecam, seu internuntius inter eum Pisonemque fuit, seu ut Neronis gratiam pararet, qui infensus Seneca, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Annal. XV. 56. 2. Reversus forte erat illis diebus Seneca, & in Nomentanum, suum diverterat, ad quem Nero misit Sillanum & circumdedit villam militibus, domumque ingressus inventit eum coenantem cum Paulina duobusque amicis, cui Neronis mandata exponit: vel spontaneam sibi mortem consiceret: vel ipse sibi genus mortis, quo mortalitatem deponeret, constitueret. Causa mortis affrebat, quod Seneca permotus odio Neronis se vultui Imperatoris subduxisset: Seneca autem maxima constan-

tia intrepidoque animo respondit , omnemque culpam  
declinavit. Villa sic copiis circumvallata ipse Sillanus  
Neronem repetit, qui, quo vultu accepisset mortis nuntium, interrogabat : ille quæ facta fuerant exponit, atque  
mira animi fortitudine ultima fata expectare Senecam as-  
severabat. Ita remissus fuit Tribunus, qui ea maturaret,  
quæ paulo ante mandata sibi erant. Sed Sillanus veri-  
tus in conspectum Senecæ prodire , misit unum ex cen-  
turionibus, qui nuntiaret extremam necessitatis horam:  
quod effatum Seneca corde interrito accepit. Vale ul-  
timum amicis dicebat, Paulinamque hic inter lachrymas  
& singultus hæsitantem, de sua morte consolatus est. I-  
gitur venas brachiorum, neque cruribus parcebatur, jus-  
tit incidi, ut vehiculum illud animæ data porta rueret. Sed  
cruor congelatus exire non potuit, ut adeò lentitudine  
mortis Statum Annæum sibi födere amicitiae conjun-  
ctissimum rogaret, ut venenum præparatum porrigeret:  
sed hoc frigidis jam artibus & corpore clauso frustra al-  
latum est. Illatus deinde balneo, aquæ calidæ immer-  
sus, dixit: Hunc liquorem sanguine & aqua mixtum Jovi  
liberatori consecro : proximosque adstantes servos re-  
spersit. Hic tandem vapore exanimatus, postea sine ul-  
lo splendore exequiarum crematus est. Vid. pluribus  
Tacit. Annal. XV. 60. 61. 62. seqq. Ferunt medio ferme  
mortis agone Senecam sibi ipsi epitaphium construxis-  
se: sed, quin supposititum sit, vix dubitare ausim. Ut-  
ut natales habuerit, hic tamen attexere lubet.

Cura, labor, meritum, sumti pro munere ho-  
nores,  
Ite, alias posthac sollicitate animas.

Me

Me procul à vobis deus evocat : illicet actis

Rebus terrenis hospita terra vale.

Corpus avara tamen solennibus accipe faxis :

Namque animam cœlo reddimus, ossa  
tibi.

Quibus operæ pretium erit addere X. dissertationes Jo-  
annis Schildii ad illa Taciti capita, ubi extrema Senecæ  
describuntur Lugd. Bat. 1645.

## SCRIPTA.

Inter ingenii monumenta nunquam peritura *Libr.*  
*III. de Ira*, scripti inter Philosophiæ primos videntur, cer-  
te inter eos, quos habemus. Argumentum est de ira  
noscenda, & deinde fugienda. Libri in partibus pulchri  
& eminentes sunt, in toto parum distincti & repetitioni-  
bus aut digestionibus confusi. *Liber unus ad Helviam*,  
*matrem de Consolatione*, in exilio scriptus. Scriptum i-  
psum animi & eloquentiæ plenum, numeris & structura  
compositum, atque etiam ordine præter cætera disposi-  
tum. Ausim dicere : palmam inter sibellos poscit.  
Consolationis autem duo capita facit : neque meo no-  
mine dolere, neque tuo debes. *Ad Polybium de Conso-  
latione liber ἀνέΦαλος*, in exilio scriptus, dum animo &  
corpo<sup>r</sup>e jacet. Senecæ hoc scriptum esse, negare non  
licet : editioni destinatum ab eo non arbitramur ; sed  
pro præsenti fortuna abjecte & demisse scriptum, ad ser-  
vulum, heu, quot laudibus exornatum ! pudet, pudet,  
inimicus Senecæ fuit & gloriæ ejus , quisquis vulgavit.  
*Liber unus de consolatione ad Marciam* , quam solatur  
super obitum filii. Duæ partes sunt. Priore laudat il-

Iam, & à suo atque alienis deinde exemplis solatur. Posterior ad rationes transit. Post exilium scriptus esse videtur. Ipse libellus inter insignes est, etsi adulatio ne foeminea haud expers. *Liber unus de Providentia, seu quare bonis Viris mala accident, cum sit providentia.* Aureus libellus est, scriptus vel in exilio, vel statim à reditu. *De Tranquillitate animi liber* inter utiles & materia ac tractatu insignes refertur. Scriptus est initio reditus sui ab exilio, cum ad aulam, & Neroni instituendo admotus fuit. In partibus laudatum & hoc opusculum est; sed ordo universi labat: atque id injuria temporum aut exscriptorum. *De Constantia sapientis, seu quod in sapientem non cadat injuria.* Magni animi, magni ingenii, atque etiam eloquii hoc scriptum: uno verbo, inter optima. Jungitur vulgo libello de Tranquillitate, sed male, est enim diversum argumentum. *De Clementia ad Neronem Cæarem libri duo,* scripti initio principatus Neronis, & digni sunt principe. Dividit scriptum in tres partes: unam manuductionis; alteram, quæ naturam clementiæ explicet: tertiam, quæ ad eam perducat, & firmet. *De brevitate vite liber unus.* Hypothesis est, vitam non esse brevein, sed à nobis fieri: vel non utendo, vel male, aut vane utendo. *De vita beata liber unus.* Scripsit hunc libellum Senex, & velut defensionem præscripsit contra calumniatores, qui opes & vitam objectabant. Beatam vitam in virtute esse: & hanc externa non spernere, si accedant. Sublime scriptum est, pulcherrimum in partibus, & quod monita sensusque aureos habet. Partes ejus duæ sunt: *Quid sit beata vita, & quomodo eò perveniatur.* Finis de-

31.

deficit, & quæ vulgo attexuntur, alterius scripti sunt atque argumenti. *De otio aut secessu sapientis libri pars.* Liber hic fuerit, an epistola, nondum constat: divellendus tamen à Vita beata, cum qua commune nihil habet. Sed nec quando scriptum istud, scimus: materies atque tractatio bona est atque erudita. Principium deest. *De beneficiis libri VII.* scripti sunt sub Nerone, post Claudii mortem. Libri boni sunt, sed me hercule in ordine & tractatu confusi. In quatuor prioribus libris videtur tractasse duas illas partes, quomodo dandum beneficium & quomodo accipiendum. In tribus ultimis libris quæstionulas quasdam proposuit, quas tamen ita temperavit, ut subtilia utilibus miscerentur. *Epistolæ CXXIV.* De quibus sequens Lipsii conjectura est: Epistolas has ita scripsit, & inscripsit, non quia veræ sunt, & assiduæ sic missæ: non ego arbitror: sed placuit titulus & ratio scribendi libera, in qua incipias, desinas cum lubet: inseras, varies, ut lubet: neque adstringeris ad ordinem, aut materiem certam. Est velut silva quædam rerum, & miscellanea argumenta: et si Philosophiæ tamen finibus clausa. Ego censeo Senecam hæc obiter & carptim scripsisse, per intervalla, ut quidque meditatus erat, aut incidebat, inter ambulandum, exercendum in horto, in domo, in tecto. Sunt tamen pulchra, utilia, alti animi atque honesti: quin tamen & veræ quædam epistolæ intervenerint, haud fortiter eo negatum: sed quædam. Epistolas has in Senio suo scripsisse, ipse non uno loco ostendit. *Naturalium Questionum Libri VII.* In his physiologiæ partem eam tractat, quam μετωφολογίαν appellant, quia pleraque de sublimibus est, & quæ inter cœlum terramque versantur. Tractat tamen etiam de ter-

ræ

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

ræ ipsius motu, itemque de fluminibus & aquis : sed id-  
eo, quia à spiritu seu aere causam vel ortum habent: at-  
que ita ad sublimem etiam naturam spectant. Pulchri  
& docti libri sunt. Aristotelicis in hoc argumento, non  
dicam priores, tamen ubiores, & quas Senex admodum  
scripsit. Απολογίαν των quasi dicas, *Incubitatio* seu  
de morte Claudi Cæsar. *Liber Svasoriarum* & *Libri*  
*Controversiarum* supra patri M. Annæo Senecæ Rhetori  
fuerunt tributi.

§. X. Præter illa autem, quæ palam hodie cir-  
cumferuntur, scripsit alia quoque, quæ nobis infida surri-  
puere tempora; plura scripsit Seneca, fatente Thomasio  
ad Plin. Epist. p. 318. quam quæ nunc extant. Poema-  
ta Fabio prodente scripsit: nam ad gratuita carmina de-  
flexit, id quod ansam dedit delatoribus, tanquam laudem  
sibi adsciceret, postquam Neroni amor eorum evenisset.  
Periere itaque ejus poemata, Orationes seu causarum a-  
ctiones, liber de Terræ motu, quem ipse allegat lib. VI.  
Quæst Nat. c. 4. De matrimonio commentatio cit. Hie-  
ronymo adversus Jovianum. lib. I. Scripta Historica quæ  
citat Laſt. lib. 7. c. 15. De superstitione opus, innuente  
August. VI. de Civit. Dei. Scriptum quod misit Nero  
ad Senatum occisa matre vid. Quintil. lib. 8. c. 5. Liber  
de Ritu & Sacris Ægyptiorum, cuius Servius meminit ad  
Virgil. I. VI. Æneid. ad vers. *Sic demum Lucos Stygios* &c.  
p. m. 503. Dialogi quorum Fabius mentionem facit. Mo-  
ralium Libr. cit. Lactant. Lib. II. c. 2. & ipso Seneca Epist.  
106. 109. Libri exhortationum, quibus annumeranda  
illa, si ab his fuerint diversa, quæ decreto Senatus in co-  
lumna argentea insculpta, & quotannis, quum novi Con-  
sules magistratum inirent, lecta fuere. Vid. Dio Cassius

LXI.

31.

LXI. Neron. p. 690. Inter tam multa , quæ commentatus  
fuit, erant & descriptiones regionum. Uti Indiæ , de qua  
auctor Plinius lib. VI. c. XVII. *Seneca etiam apud nos , ten-*  
*tata India commentatione LX. amnes ejus prodidit , gentes*  
*duodeviginti centumque. Par labor sit montes enumera-*  
*re. Item Servius in IX. Aeneid. Ganges fluvius India est , qui*  
*secundum Senecam , in situ India novem alveis fluit. Item*  
*descripsit Aegyptum , cuius non situm modo , sed & sacra*  
*tradidit. Vir summus Justus Lipsius , in vita Senecæ c. X.*  
*etiam historiam , aut compendium rerum Romanarum*  
*scripsisse , colligit ex verbis Lactantii lib. VII. c. 15. ut Se-*  
*neca per ætates imperium Romanorum distinxerit , docet.*  
*Vid. Gerh. Joh. Vossii de Histor. latin. lib. I. c. XXV. p. 129.*  
*Supposititia scripta illius dicuntur esse sequentia. De qua-*  
*tuor virtutibus moralibus liber unus. Epistolæ Senecæ ad*  
*Paulum & Pauli ad Senecam. De quibus supra quædam*  
*jam fuerunt dicta. Vid. B. Dilher. lib. III. Electorum c. 3.*  
*p. 794.*

§. XI. Genuina Senecæ scripta, quæ adhuc supersunt,  
viros eruditos, & hoc & superiori seculo moverunt , ut illa  
varie illustrarent. Erasmus manum & limam Senecæ pri-  
mus admovit, & saepè utilem aut expolientem. Neque  
enim virum celebrem audio optantem ( dicit Lipsius in  
Introduct.) ne ille unquam attigisset ! malignum votum  
est, & ab affectu , non judicio emissum. Aequaliter & ve-  
rius enuntio : nisi ille prævenisset , & explanasset ; sale-  
bras & aspera fuisse , ad quæ etiam nunc fortassis adhæreamu-  
mus. Basil. excudit Jo. Hervagius 1537. Alter ab eo fuit,  
Ferdinandus Pincianus , germanæ Criticæ exemplar , cui  
maximam partem sanum Senecam transcribas. Bonis in-  
Hispania libris , & bene usus est : non præceps , non præ-  
pes , acutus tamen , & sagacitate ac modestia pari. Sed

D

ille

ille in solo textu emendando fuit : sensa non attigit , ne-  
que aliter illustravit . Excepit M. Antonius Muretus , & ad-  
spiravit ad utramque hanc palmam . Totum Senecam  
dedit , & aut emendatum à se voluit , aut illustratum . Vo-  
luit , causa duplici vix fecit : & quia labor eum & con-  
stantia in talibus non sequebatur : & quia mors assecuta est &  
filum hoc operis præcidit . Bona tamen & laudabilia multa  
sunt : unum non attollas , imo non toleres , quod fiden-  
ter nimis sæpe contra libros rescribit , & Senecam non eo-  
rum fide , sed suo sensu , facit loquentem , Romæ 1585.  
*Janum Gruterum* hoc movit , ut ipse succederet , & Sene-  
cam iterum cum libris priscis & chirographis conferret:  
quod fecit industrie , & sic perfecte , ut nimius videri qui-  
busdam aut μικρολόγῳ possit : aliorum quoque notas aut  
interpretationes adjecit , Heidelb. 1592. fol. & 1604. Suc-  
cessit *Justus Lipsius* , qui judicio ex iis selegit , & suam  
etiam operam inspectionemque addidit , & textum totum  
reformavit . Dein restituit interpunctionem & sensuum  
verborumque distinctionem . Argumenta etiam libris  
scriptisque singulis præposuit & in breviario quodam ordi-  
nem ac materiam dedit : notas perpetuas dedit , atque uno  
tenore perduxit ad opus epistolarum . In iis substituit aut  
defecit : & valetudo manum de tabula coëgit , Antwerp.  
1605. fol. & 1632. fol. *Jo. Fred. Gronov.* quoque eum non  
parum illustravit , tum propriis , tum selectis aliorum notis .  
Evolvit rariores membranas editionesque veteres . Ha-  
buit de beneficiis scriptos in membranis , beneficio Bernar-  
hardi Rottendorffii , ut & veteres editiones , Venetam  
anno MCCCCXCII. per *Bernardinum de Coris de Cremona*  
adornatam , & Frobenianam Erastmi , anno MDXV. cum  
solis notis margini adscriptis . Super has nactus fuit Tarvi-  
sinam

31.

nam Bernardi de Colonia , anno MCCCC LXXVIII.  
publicatam. Ex libris de Clementia excerpta in membra-  
nis suggestis Isaacus Vossius. Epistolas contendit ad membra-  
nas , quæ aliquando fuerant Gruteri , nondum tamen ,  
cum suas animadversiones ederet. Naturalium Quæstio-  
num optimas ex Bibliotheca regia ipsi concessit Patri-  
cius Junius , prod. Amstelod. 1659. tom. III. in 12. In  
hujus viri iterata editione anno 1672. tom. III. in 8. plu-  
rimum ipso fatente contulit Albertus Rubenius , qui ad-  
hibuerat complures MSC. codices ex bibliotheca aulæ Bru-  
xellensis duos , papiraceum S. I. Torrentianum , Leodien-  
sem , Cambronensem , Insulanum , & postea omnia ad  
ipsum misit. In epistolis usus est præterea duobus MSC.  
alterum (cui & de beneficiis libri inserti erant) ex Erfur-  
tensi bibliotheca sua fide acceptum Job. Georg. Grævius ,  
alterum suum Nicol. Heinsius cum ipso communicavit. Lu-  
dum de morte Claudi , Harlemensis bibliotheca suppedi-  
tavit. Præter editiones jam citatas commentariosque in-  
veniuntur forsan & alii, ut dum separatim epistolæ Senecæ  
prodierunt cum Mureti notis & emendationibus , item-  
que animadversionibus Grutteri 1594. 8. ac iterum cum  
Mureti notis , Ferdinandi Pinciani castigationibus ,  
Erasmi Roterodami annotationibus , Job. Opsopæ collecta-  
neis , Jani Gruteri animadvers. Paris. 1596 & Heidelb.  
1604. 8. & 12. Separatim in libr. de tranquillitate animi  
notas scripsit Jo. à Chockier Leodii 1607. Nobiliss. &  
Consultissimus noster Petrus Müllerus , eundem libellum  
notis succinctis & eruditis illustravit. In librum de Pro-  
videntia , germanice Jacob. Stoeterfotb , Lubec. 1642.  
in libr. quest. Nat. Matthæus Fortunatus Venet. ap. Al-  
dum. Libertus Fromondus Antwerp. fol. qui edit. Gro-

D 2

novia-

novianæ insertus. In Ἀπολογίᾳ Θεων B. Rhenani Scholia,  
Hadriani Junii castigationes & Nicolai Fabri extant notæ.  
Germanice verterunt Senecam Conradus Fuchsius & Mi-  
chael Herr. Quædam ejus scripta in Danicam lingvam  
transtulit nobilis matrona Brigitta Tott. Soræ 1658. fol.  
Nec illud tacendum esset videtur, Senecæ Philosophi &  
Poëtæ sententias in locos communes digessisse Hubertum  
Schutteputum Antwerp. 1578. 16. Colon. 1589. 8.  
Philosophiam Senecæ in epitomen redegit Petrus Labbe  
Jesuita, quæ habetur in ejus elogiis Gratianopoli 1664.  
fol. Dion. Gotfredus quoque edidit locos communes in  
Senecam, quibus quicquid vel ex Theologia vel Juris-  
prudentia, Medicina, Physicis, Ethicis, Rheticis,  
Grammaticis ap. eum extat, concludere constituit Basil.  
1590. in 8.

§. XII. Commentatores & editores excipiunt par-  
tim rigidi, non dicam iniqui censores, partim ejusdem  
defensores. Antonius Lullus Balearis, doctissimus alias &  
cultissimus Rhetor. Libr. VII. de Orator. c. 5. Senecam,  
inquit, admiretur qui volet, mibi etsi gravis, & certè ad-  
eo in elegans videtur, ut prater sententias nihil habeat le-  
ctione dignum. Vid. Gerb. Job. Voss. de Arte Poëtica,  
libr. II. c. 12. p. 56. Judicium est Hispani de Hispano. Gell.  
lib. XII. c. 2. Noct. Attic. Sententias de Seneca varias com-  
pendio quasi refert: de Anno Seneca partim existimant,  
ut de scriptore minime utili: cuius libros attingere nullum  
pretium opera sit. Quod ordo ejus vulgaris videatur &  
protrita. Res atque sententie aut inepti inanis impetus  
sunt, aut levi & quasi dicaci argutia. Eruditio autem ple-  
beja & vernacula, nibile ex veterum scriptis habens, neque  
gratia neque dignitatis. Alii vel elegantiæ quidem in ver-  
bis

bis parum esse, non inficias eunt; sed & rerum, quas dicit, scientiam doctrinamque ei non deesse dicunt: & in vitiis morum objurgandis severitatem gravitatemque non invenustam. Fabius illud impedimento fuisse Senecæ arbitratus est, quo minus in quopiam excelleret, quod in omnibus argumentis versaretur. Et ipse *Tacitus Annal. XIV. 53. 3. seqq.* hoc invidiæ fontem esse, quod occupans omnia nihil laudis in genere aliis relinquere videretur, qui quidem Philosophum sua laude defraudare non vult, sed dictiōnē ejus ad delectationē comparatam esse asserit, *Annal. XIII. 3. 3.* attamen ipsum sententias nunquam non affectasse palam profitetur, quarum plurimæ sunt, quibus felicius teste Erasmo, nihil esse possit: saepe tamen etiam obviæ erunt aliquot duræ & frigidæ. Vid. *Histor. Ludicra Baltbas. Bonifac. Lib. XV. c. VII. p. 602.* Prolixum Quintiliani de hoc autore judicium vid. *Instit. Orat. X. c. I.* Verūm, quod sine omni præjudicio dixerimus, quid prohibet, quo minus cum B. Buchnero, oratori non infimæ sortis faciamus, qui in aureo illo libello de Commutata ratione dicendi p. 634. multus in rationibus Seneca, quo nullum ingenium in Romanis post Ciceronem disertius fuit. Largimur stili brevitatem, sententiarumque abundantiam. Non ergò est statim arena sine calce, quærendæ sunt connexiones non in particulis, verum in ipsa substrata materia. Satis est si dixerimus, Philosophum eo flouruisse tempore, quo jam periodis verbosis aures defatigatae erant, & tædiosas verborum ambages excutere inceperant. Ea propter hanc ille stili rationem orsus est, quæ non displiceret auditoribus. Præterea secta illa Stoica, quæ suas σοληνέται subinde jaætitabat, nullam aliam stili concinnitatem, nisi quæ esset brevis & sententiis plena sibi

postulare videbatur. Hunc igitur stili dignitatem quasi  
jus hereditarium sibi arrogat: (sunt Causini verba de Elo-  
quentia libr. II. c. 15.) Totus hic dictorum purpuris collucet,  
ut cœlum stellis: nihil eo foecundius & opulentius: & ne  
id sine ulteriori testimonio attulisse videamur &c. Vid. Horn.  
Philosoph. Histor. p. 255. Et quid recentiores memoro,  
an non Fronto, qui Senecam ipsum asserit aurea secula  
reformare & Deos ab humano genere exulantes ejus ope-  
ra revocatos hominibus contracta societate misceri? ut  
nihil de Dioned dicamus, qui illum omnibus sui ævi Roma-  
nis sapientia & eruditione præstuisse significat. Eapro-  
pter quotusquisque non videt, illos osores Senecæ ipsi  
inique maledixisse? Vid. Causin. Lib. III. c. XIV. p. 132. seqq.  
& Commentarius ad Aulum Gellium Anton. Thysii & Jacobi  
Oiselii ad Lib. XII. c. 2. p. 617. edit. Lugd. Bat. 1667. & præ-  
cipue I. Lipsii manuduct. Stoic. lib. 2. v. 18. ubi prolixæ &  
acute considerat verba, res & tractatus, & omnia in eo  
jure laudanda æstimat.

§. XIII. Nihilominus tamen superioribus annis  
Gallus quidam rigidam illius censuram edidit. Legitur  
illa in libello, cui titulus *Recueil de diverses pieces faites*  
*par plusieurs personnes illustres de la Haye 1669. & ex versione*  
*Anton. Borremansii var. lect. p. 159. seqq. sic se habet: Senecā,*  
*qua Neronis præceptorem, Amatorem Agrippinæ, imperii cupi-*  
*dum, facio maximi; qua autem Philosophum & scriptorem pla-*  
*nè contemno. Nec stilos ejus mihi placet, nec que stilo*  
*consignavit. Dictū nihil facile, nihil naturale, nihil deni-*  
*que habet ævi Augustei. Pungit ubique, ac ea profert, que*  
*magis Africa & Hispaniae calorem, quam Græcia aut Italiae*  
*lumen literarum sapiunt. Vides ibi res plane concisas, que*  
*quidem Gnomarum sententiarumque habent speciem, sed*  
*neque*

neque egregium sensum, neque soliditatem, quæ in illis requiritur. Aculeum menti infiunt, eamque exagitant; iudicium vero in assensum non cogunt. Certe dum quasi visib[il]e met illata sermocinatur, terrorem mibi injicit, Et tantum abest, ut animus dictis acquiescat, ut magis commotus, magisque tetricus à lectione recedam. Nero, qui et si inter possimos principes numerari debet, admodum tamquam erat ingeniosus, delicatulos quosdam circa se magistellos habuit, qui Senecam aliter non habebant, quam putidum doctrinæ ostentatorem, Et quantum poterant risui propinabant. Et pag. 61. Illud certum est (ut dicam, quid de Philosopho nostro sentiam) me nunquam ejus scripta legere, quin protinus quam longissime recedam ab ea sententia, quam lectori approbare satagit. Dum persuadere conatur paupertatem, divitarum ipsius amore ardeo, absurdet me virtus, quam laudat: cum ita plerumque de vitiis loquatur, Et tam graphicè ea depingat, ut in ea rulant innocentissimi. Sepissime de morte loquitur, Et iis verbis, quæ animo meo tristissimas species non injicere non possunt: Ideoque in hoc potissimum incumbo, ut nihil omnino, aut saltem quam minimum ex ejus lectione proficiam. Quod me maxime in ejus scriptis afficit, exempla sunt Et citationes, quibus illa veluti condit. In aula deliciis ditta cum viveret Et gnarus esset rerum historiarumque cujusque temporis, multas sape allegat de Cæsare Augusto, Mœcenate, aliisque. Ingenio minime desitutus plurimarum rerum cognitionem isti adjunxerat. Sed stilum habet projecto nimis durum, Et opiniones foveat non minus duras, quare neutrum placere mibi potest. Ridiculum est, Et quovis cachinno dignum, eum divitarum ac mortis contemptum ubique inculcare, qui vitam sollicite tue-

31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.

tuebatur , atque in superflua omnium copia traducebat . De-  
nique pag . 62. citat Montagne , qui dans ses essais lib . 2. c . 10.  
p . 172. edit . quint & Paris . 1588. facta comparatione inter Plu-  
tarctum & Senecam scribit : quas Plutarchus tuetur opi-  
niones , ea ut magis dulces , ita humanae societati magis  
sunt accommodatae . Seneca vero mascula magis ac solita,  
bis subdit Gallus ; sed ut ego opinor duramagis & austera ;  
aliam quoque comparationem ipse annexit . Plutarchus  
sapientiam molliter insinuat & virtutem quam laudat , in  
ipsis voluptatibus reddit familiarem . Seneca omnes vo-  
luptates ad sapientiam deducit , atque præter Philosophos  
felicem esse putat neminem . Plutarchus naturam ducere  
secutus ac primus ipse persuasus aliis , que cupit , facile  
persuadet . Seneca animus vi quadam virtutem affectat ,  
& ad eam se exstimulat , ac quasi sibi aliena esset , se ipsum  
vincere necesse habet , ut eam exerceat . Hactenus ille .  
Ipse Borremansius de hoc judicio sententiam suam inter-  
ponere non vult , culpatur Seneca ab ipso ob vitia ob-  
scoene descripta , laudatur , ob masculam Philosophiam ,  
quam laudibus ad cœlum tollit . Præter divina Prophetar-  
um ac Apostolorum scripta , inquit , nihil est quod ad effor-  
mandos hominum mores Seneca & Epicteto præferam .  
Sin minus amamus ; id non horum merito sed effoemina-  
tis nostris moribus est adscribendum . Paucis tamen  
quid de hoc ipso judicio sentiendum sit , dispicere lubet .  
Autor , quicunque tandem nomine sit , natione Gallus  
est . Gallis autem , prout aliis quoque eruditis , frequenter  
in usu positum , ingenii saltem vires periclitari , & de  
aliqua re argumentis anxie quæsitis in contrarium con-  
cludere , quibus tamen ipsi nullum postea præbent af-  
fensem . Aliis ex illis solenne est , impudentissime quæque  
despi-

31.

despicere, carpere ac reprehendere, quæ non ipsi ex pro-  
pria protulere penu, quasi penes illos omnis sapiëtia sepulta  
lateret, quod quidem Monsr. Francois Savinien D' Alquier  
dans ses delices de la France evincere voluit , scribens,  
part. i. c. 6. Solam Galliam esse artium asylum , musa-  
rum sedem, & scholam scientiarum, & pag. 51. 52. Solos  
Gallos gaudere scientia universali, & quos reliquæ natio-  
nes fines ac terminos scientiarum putant, initiamen-  
torum loco adhibere. De utroque hominum genere au-  
tor aliquid participat, quamvis posteriori se ipsum asso-  
ciare videatur, dum sub initium judicii p. 58. dicit : je  
vous diray avec la derniere impudence. Verum quo in-  
loco posterius illud hominum genus ab eruditis habetur,  
eodem habebitur & ille, qui se huic similem & prædicat  
& ostendit. Præterea etiam in Autore illo cernere li-  
cet, eum animo affectibus perturbato judicium hoc pro-  
tulisse : odium enim illud Vatinianum inter Gallos, His-  
panosque adeo mentis aciem ei perstrinxit, ut non potu-  
erit non Senecæ Africæ Hispaniæque calorem objicere.  
Talis igitur ille cum sit, vix aliquid ejus autoritati, quæ  
illibata haçtenus stetit, ex hoc capite concedet. Judici-  
um autem ipsum ad duos refert titulos, ad stylum & Phi-  
losophiam. Neutrūm ipsi placet. Verum stylum quod  
concernit, nemo negabit, eum singularis cuiusdam styli  
& propriæ gravitatis nomen mereri ; at illum plane ni-  
hil ævi Augustei habere, nemo illorum, quibus de pura  
Latinitate judicari datum est, concedet. Sunt enim ple-  
raque tersæ latinitatis, penetrantia acumine, placentia  
inventione. Etsi vel maxime quadam minus latine ha-  
beret, cogitandum, quod ipsi Lucilio, in Fabiani Papyrii li-  
bris compositionem carpenti, epistola 100. respondit :

E

il-

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

illum interdum mores non verba composuisse : & animis,  
non auribus scripsisse, it. orationem sollicitam Philosophum  
non decere. Porro in Philosopho nostro , dum divi-  
tiarum ac mortis contemptum ubique inculcavit, & in-  
terim Ipse vitam solcite tueri, eamque etiam superflua  
omnium copia traducere visus fuit, ridiculum & quovis  
cachinno dignum esse dicit ; sed is profecto ingentis a-  
nimi esse, censetur, qui illas circumfusas sibi multum  
diuque miratus, quod ad se venerint, ridet, suasque au-  
dit magis esse, quam sentit. Quapropter si divitiarum  
contemptum aliis inculcavit, ipsa possessione illis non in-  
terdixit, sed id tantum efficere voluit, ut illas intrepide  
possideant. Nec alterum ridiculum videtur mortem  
contemnere & nihilominus propriam tueri vitam: po-  
sterius natura, quam ducem secutus, svasit: Prius autem  
Philosophia docuit , decretorium illum diem non ani-  
mo, sed corpori esse suprimum, imo transitum ad fata-  
meliora. Dein Senecam sollicite vitam protexisse, ex-  
trema ejus non ostendunt. Ab animo enim suo impe-  
trare non potuit, ut cuiquam mortalium pro vita sup-  
plex fieret, aut latibula quereret, sed potius audita inte-  
ritus sui necessitate interritus testamenti tabulas po-  
scit, ac latus morti obviam ivit.



THE-

# THEOLOGIA NATURALIS

partim sententiis, partim verbis Sene-  
cæ expressa.

De

## NATURA & CONSTITUTIONE EJUSDEM.

§. I.

Quantum inter Philosophiam interest, & cœteras ar- Theologiae  
tes : tantum interesse existimo in ipsa philosophia, quæ & qualis  
inter illam partem quæ ad homines, & hanc quæ ad Deos  
spectat. Altior est hæc & animosior : multum permisit  
sibi: non fuit oculis contenta. Majus esse quiddam su-  
spicata est, ac pulchrius, quod extra conspectum natura-  
posuisset. Denique tantum inter duas interest, quan-  
tum inter Deum & hominem. Altera docet, quid in  
terrâ agendum sit: alterâ quid agatur in cœlo. Altera  
errores nostros discutit, & lumen admovet, quo discer-  
nuntur ambigua vitæ: altera multo hanc caliginem in  
quo volutamur excedit, & è tenebris erectos, illo per-  
ducit, unde lucet. (1.) Evidem tunc naturæ rerum  
gratias ago, cum illam non ab hac parte video, quæ pu-  
blica est, sed in secretiora ejus intravi : cum disco quæ

E 2

uni-

- i. Physiologiæ quidem has laudes tribuit : pro ea tamen facile nostram  
Theologiam substituere poteris , quia in veterum Philosophia.  
Theologia erat vel physica vel civilis vel fabulosa : Ad illam,  
quam in duo scindi Seneca ep. 89. dicit, corporalia & incorpora-  
lia, reducit considerationem Dei, partim ut corporis (de quo in-  
fra) partim ut causæ. Aristotelici ad metaphysicam illum refe-  
runt. Nos peculiarem de eo formamus scientiam , ob rationes  
satis prægnantes.

universi materia sit, quis auctor, aut custos : quid sit Deus : totus in se intendat, an nos aliquando respiciat : faciat quotidie aliquid, an semel fecerit : pars mundi sit, an mundus: (2.) liceat illi hodieque decernere, & ex lege fatorum aliquid derogare: an majestatis deminutio sit, & confessio erroris, mutanda fecisse. Ne si ad hæc admitterer, non fuerat operæ pretium nasci. Hæc inspicere, hæc discere, his incumbere, nonne transilire est mortalitatem suam, & in meliorem transcribi sortem. (a)

(a.) Q. N.  
prefat. lib. I.

*Præctica.*

(b.) ep. 94.

(c.) ep. ead.

*Divisio in  
partes.*

§. 2. Verum pars virtutis disciplina constat, pars exercitatione. Et discas oportet : & quod didicisti, agendo confirmes. Quod si ita est, non tantum scita sapientiae prosunt, sed etiam præcepta, quæ affectus nostros velut edicto coercent & obligant. Alias philosophia dividitur in hæc, scientiam & habitum animi: nam illam qui didicit, & facienda ac vitanda percipit, nondum sapiens est, nisi in ea quæ didicit, animus ejus transfiguratus est. (b.) Scis amicitias sancte colendas esse, sed non facis. Scis improbum esse, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor uxorum. Scis ut illi nihil cum adultero, sic nihil tibi esse debere cum pellice: & non facis. Quæcunque salutaria sunt, sæpe agitari debent, sæpe versari : ut non tantum nota sint nobis, sed etiam parata. (c.)

§. 3. Facilius autem per partes in cognitionem, totius adducemur. Utinam quemadmodum universi mundi facies in conspectum venit, ita Theologia tota nobis occurreret, simillimum mundi spectaculum! Sed nobis, quibus perrumpenda caligo est, & quorum visus in proximo deficit, singula quæque ostendi facilius possunt,

uni-

2. Neutrum est. Opifex mundi est, non mundus: causa non causatum.

31.

universi nondum capacibus. Dividi ergo illam, sed non concidi, utile erit. Nam comprehendere quemadmodum maxima, ita minima difficile est. Quicquid in magis crevit, facilius agnoscitur, si discessit in partes, quas innumerabiles esse & parvas non oportet. Idem enim, vitii habet nimia, quod nulla divisio. Simile confusio est, quicquid usque in pulverem sectum est. (d.) Pri- (d.) ep. 89.  
mum itaque proponamus oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat, veluti navigantibus ad aliquod sidus diri-  
gendum est cursus. Vita sine proposito vaga est. (e.) (e.) ep. 95.  
Dein summum illud bonum & ipsum suam habet sedem:  
non nascitur ubi ebur, nec ubi ferrum. Quis sit sum- de subje-  
mi boni locus queris? Animus: hic nisi purus & sanctus  
est, Deum non capit. (f.) Tandem cum animo insit cito Opera-  
aut pravis opinionibus malitia contracta: aut etiam si  
non est falsis occupatus, ad falsa proclivis est, & cito spe-  
cie, quo non oportet trahente, corruptitur. Itaque  
debemus aut curare mentem ægram, & vitiis liberare:  
aut vacantem quidem, sed ad pejora pronam præoccu-  
pare. Utrumque decreta (quæ media ad finem ducen- (g.) ep. 74.  
tia continent) faciunt. (g.)

## Partis Primæ,

### SECTIO I.

De

## Fine objectivo, nim. Deo.

§. I.

Mnia ejusdem Dei nomina sunt, varie utentis sua

E 3

po-

(h.) 4. Benef. potestate, natura, fatum, fortuna. (b.) (1.) Quoties vo-  
les, tibi licet aliter hunc autorem rerum nostrarum com-  
pellare, & Jovem illum optimum ac maximum rite di-  
ces, & tonantem & statorem : qui non (ut historici tra-  
diderunt) ex eo quod post votum suscepimus, acies Ro-  
manorum fugientium stetit, sed quod stant beneficio ejus  
omnia, stator, stabilitorque est : hunc eundem & fatum si  
dixeris, non mentieris. Nam cum fatum nihil aliud sit,  
quam series complexa causarum, ille est prima omnium  
causa, ex qua ceteræ pendent. Quæcunque voles illi no-  
mina propria aptabis, vim aliquam effectumque cœlesti-  
um rerum continentia. Tot appellationes ejus esse pos-  
sunt, quot munera. Hunc & Liberum patrem & Hercu-  
lem, ac Mercurium nostri putant. (2.) Liberum patrem:  
quia omnium parens sit, quod ab eo primum inventa se-  
minum vis est, consultura per voluptatem. Herculem,  
quia vis ejus invicta sit, quandoque lassata fuerit operibus  
editis, in ignem recessura. Mercurium : quia ratio pe-  
nes illum est, numerusque & ordo, & scientia. (i.) Omne  
nomen ipsi convenit, custos, rectorque universi, animus  
(k.) Q.N. 2. 45 ac spiritus, mundani hujus operis dominus & artifex. (k.)

§. 2. De-

1. Deus dicitur fortuna, non sensu Astrologico, nec Platonico, nec Ari-  
stotelico; sed Stoico; quo fortuita vocantur, quæ causam habent  
per se, mentem sapientissimam, nimirum Deum: hunc, prout bona  
largitur, quæ exinde fortunæ nominantur, fortunæ nomen habere  
volunt. confer, G. J. Voss. de O. & P. Idol. l. 2. c. 43. p.m. 546.
2. Licet post alias P. D. Huetius, in Demonstr. Evangel. per eruditas  
conjecturas orbi literario ostenderit, Liberū Patrem esse Noachi vel  
Nimrodi typum p. 220. aut plane cum Mose eundem, p. 115. seqq.  
Herculem autem vel Josuæ p. 273. seq. vel Samsonis typum videri.  
p. 286. & Mercurium Chanani p. 220. tamen ex hoc ipso loco vi-  
dere est, sapientiores gentiles altiora spirasse & verum esse illud Ci-  
ceron. 2. de N.D. §. 64. Physica (Theologica) ratio non inelegans in-  
clusa est in impias fabulas.

31.

§. 2. Deos (Deum) esse inter alia sic colligimus, *Existentia*  
quod omnibus de Diis (Deo) opinio insita est: nec ulla *ex notitia*  
gens usquam est adeo extra leges moresque projecta, ut *insita*.  
non aliquos Deos credat. (l.) Imo quocunque te *flexe-* (l.) ep. 117.  
*ris, ibi illum videbis occurrentem tibi. Nihil ab illo va-* *acquisita.*  
*cat: opus suum ipse implet.* (m.) Mittamus animum (m.) benef.  
ad illa, quæ æterna sunt: miremur in sublimi volitantes 4. 8.  
rerum omnium formas: Deumque inter illa versantem, *ex intuitu*  
& providentem, quemadmodum, quæ immortalia facere *universi.*  
non potuit, quia materia prohibebat, defendat à morte,  
ac ratione vitium corporis vincat. Manent enim cun-  
cta, non quia æterna sunt, sed quia defenduntur cura re-  
gentis. Immortalia tutore non egent. Hæc conservat  
artifex fragilitatem materiae vi sua vincens. (n.) Ipse (n.) ep. 58.  
mundus quoties per noctem ignes suos fudit, & tantum siderum.  
stellarum innumerabilium resplendit, quem non intentum  
in se tenet? (o.) Aspice sidera mundum illustrantia: (o.) benef.  
nullum eorum perstat; labitur assidue, & locum ex loco 4. 23.  
mutat: quamvis cum universo vertatur; in contrarium  
nihilominus ipsi mundo refertur: per omnes signorum  
partes discurrit; perpetua ejus agitur, & aliunde alio  
commigratio est. Omnia volvuntur, semper in transitu  
sunt, & ut lex & naturæ necessitas ordinavit, aliunde aliò  
deferuntur. Cum per certa annorum spatia orbes suos  
explicuerint, iterum ibunt per quæ venerant. (p.) Na- (p.) Consol.  
tura & artis sibi ac pulchritudinis suæ conscientia, spectatores ad Helv. 6.  
nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum  
sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam  
nitida & non uno genere formosa, soliditudini ostenderet.  
Ut scias illam spectari voluisse, non tantum aspici, vide  
quæ nobis locum dederit. In medio nos sui parte con-  
fir-

stituit, & circumspectum omnium nobis dedit: nec erexit tantummodo hominem, sed etiam ad contemplationem factum, ut ab ortu sidera in occasum labentia prosequi posset, & vultum suum circumferre cum toto, sublime fecit illi caput, & collo flexibili imposuit. Dein sena per diem, sena per noctem signa produxit, nullam non partem sui explicuit, ut per hæc, quæ obtulerat ejus oculis, cupiditatem faceret etiam cæterorum. Nec enim omnia, nec tanta visimus, quanta sunt: sed acies nostra aperit sibi investigando viam; & fundamenta veri jacit, ut inquisitio transeat ex apertis in obscura, & aliquid ipso mundo inveniat antiquius: unde ista sidera exierint! quis fuerit universi status, antequam singula in partes discederent? quæ ratio mersa & confusa diduxerit? quis loca rebus assignaverit? suapte natura gravia descenderint, evolaverint levia, an præter nisum pondusque corporum altior aliqua vis legem singulis dixerit? (q.) Hæc tamen non annotamus, quamdiu ordo servatur. At

(q.) Beat.  
vit. 32.

in solitorū  
phænomenorum in  
cælo

(r.) Q.N. 7.1.  
Et in terra

ut ad divina non erigatur, ac tota mente consurgat: utique ubi novum aliquod è cælo mirabilem fulsit. Nam quamdiu solita decurrunt, magnitudinem rerum consuetudo subducit. (r.) Sed descende mecum, si lubet, è cœlo in terram. Si tibi occurrit vetustis arboribus & solitam altitudinem egressis frequens lucis, & conspectum cœli densitate ramorum aliorum alios protegentium submovens: illa proceritas sylvæ, & secretum loci, & admiratio umbræ, in aperto tam densæ atque continuæ, fidem tibi Numinis facit. Et si quis specus axis penitus exesis montem suspenderit, non manu factos, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatos: animum tuum quadam reli-

31.

religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita veneramur: sabita & ex abdito vasti amnis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calentium fontes: & stagna quædam, vel opacitas vel immensa altitudo sacravit. Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter adversa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex æquo Deos, non subibit te veneratio ejus? non dices: ista res major est altiorq; quam ut credi similis huic, in quo est, corpusculo possit? vis isthuc divina descendit, animum excellentem, moderatum, omnia tanquam minora transeunt, quicquid timemus optamusque ridentem, cœlestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo Numinis stare. (s) Unde quæso tibi istum quem trahis spiritum? Unde istam, per quam actus vitæ tuæ disponis, atque ordinas, lucem? Unde sanguinem, cuius cursu vitalis continetur calor? Unde ista palatum tuum sapribus exquisitis ultra satietatem laceissentia? unde hæc irritamenta jam lassæ voluptatis? unde ista quies, in qua putrescis, ac marces? Nonne si gratus es, dices:

--- Deus nobis hæc otia fecit:  
Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram  
Sepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.  
Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum  
Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti.

Ille Deus est, non qui paucas boves, sed qui per totum orbem armenta dimisit, qui gregibus ubique passim vagantibus pabulum præstat, qui pascua hybernis æstiva substituit, qui non calamo tantum cantare, & agreste atque inconditum carmen, ad aliquam tamen observacionem modulari docuit, sed tot artes, tot vocum varieta-

F

tes,

(s) ep. 41.  
ipius ho-  
minis.

tes, tot sonos, alios spiritu nostro, alios externo, cantus edituros, commentus est. Neque enim nostra ista, quæ invenimus, dixeris : non magis, quam quod crescimus, quam quod ad constitutum temporum, sua corpori officia respondent. Nunc puerilium dentium lapsus, nunc ad surgentem jam ætatem, & in robustiorem gradum transeuntem pubertas, & ultimus ille dens urgenti juventæ terminum ponens. Insita sunt nobis omnium ætatum, omniumque artium semina, magisterque ex oc-

(v) benef. 4.6. culto Deus producit ingenia. (z) Nihil ergo agis ingratissime mortalium, qui te negas Deo debere, sed naturæ theos. (1) quia nec natura sine Deo est, nec Deus sine natura :

(u) benef. 4.8. sed idem est utrumque, nec distat. Officium si quod à Seneca accepisses, (u) Annæo te diceres debere, vel Lucio: non creditorem mutares, sed nomen ; quoniam sive prænomen ejus, seu nomen dixisses, sive cognomen, idem tamen ille esset.

S. 3. Sed quid est Deus? Nemo novit Deum, (2) multi de illo male existimant, & impune. (x) Sive illi tanta subtilitas & claritas est, quantam consequi acies humana non potest : sive in sanctiori secessu majestas tan-

(y) Q.N. 7.31. ta delituit. (y) Vis tamen illum fatum vocare ? (3) non

g. Natura nimirum, quæ efficit & Deus, conf. Lactant. 7. 3. seu natura communis secundum Senecam Consol. Helv. c. 8, vel si barbare loqui velimus, natura naturans.

e. Eleganter Damascenus : *Solum hoc ejus comprehendendi potest, quod comprehendendi non potest.*

3. Seneca noster cum Stoicis voce fati varie utitur vel abutitur, in ep. 16. illud Deo contradistinxuit : *sive nos inexorabili lege fata constringunt, sive arbiter Deus universi cuncta disponit, &c.* Hoc autem loco idem esse dicit cum Deo : nam cum fatum nihil aliud sit, quam series implexa causarum, Deus vero existat causa causarum, hinc dicitur (confer. benef. 4.8.) fatum secundum ipsum, qui in more habet, præstantiori nomen totius imponere, quod tamen an in Philosophia semper admitti possit, dubito.

non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia, ea-  
sa causarum. Vis illum providentiam (1) dicere ? re-  
te dices. Est enim, cuius consilio huic mundo provide-  
tur, ut inconfusus eat, & actus suos explicet. Vis illum  
naturam (2) vocare ? non peccabis. Est enim ex quo  
nata sunt omnia , cuius spiritu vivimus. Vis illum  
vocare mundum ? non falleris. (3) Ipse enim est,  
totum quod vides, totus suis partibus inditus, & se susti- (2) Q.N. 2. 4.  
nens vi sua. (2) Quid est Deus ? mens (4) universi.  
Quid est Deus? quod vides totum, & quod non vides to-  
tum. Sic demum magnitudo sua illi redditur , qua ni- (a) præfæc.  
hil majus excogitari potest, si solus est omnia, opus suum Q.N. 1.  
& extra & intra tenet. (a) Eum igitur non finges au- (b) ep. 3.  
ro, non argento : non potest ex hac materia imago Deo  
exprimi similis. (b)

§. 4. Summum bonum immortale est, nescit exi- *Immuta-*  
re: nec satietatem habet, nec pœnitentiam. Nunquam *bilitas*

F 2    enim

1. Confundunt alias Stoici fatum cum providentia, sed hoc loco re-  
ete illa distinguit Seneca. Lips. in Physiol. Stoic. l. 12. dicit pro-  
videntiam esse velut proconsulem, fatum verò velut licitem, sed  
sine dubio alias fati ac providentia significationes respicit.
2. Duas naturas seu essentias agnoscent Stoici, anam que efficiat, ni-  
mirum Deum; alteram, quæ se ad faciendum tractabilem præstat,  
scil. materiam.
3. Imo falleris. Per Stoicos quidem absurdum non est, Deum esse cor-  
pus, quod rotundam habet formam. epist. 94. Sed quis ille Deus  
corporalis ? Qui duram hanc sententiam emollire volunt, mun-  
dum per se non esse Deum dicunt, sed tantum à parte meliore, id  
est, mente æterna, quæ insita mundo, ut anima in homine. conf.  
Lipfius l.c. 1. 8. p. 37.
4. In Philosophia Stoica nil vulgarius, quam Deum esse mentem seu a-  
nimam hujus universi. Quod si ita intellectum volunt, ut Deus  
intime omnia foveat, regat & sic quodammodo animet, admitti  
potest, modo hac ratione non intelligatur anima informans, h.e.  
ut mundi pars componens ; sed moderator rectorque sit, prout  
Seneca se ipsum explicare videretur Q.N. 2. 45. cunctos rectorque uni-  
versi, animus ac spiritus, mundani hujus operis dominus & artifex.  
Conf. de anima mundi Petr. Gass. Phys. l. lib. 1. c. 5. p. m. 155. seqq.

enim recta mens vertitur : nec sibi odio est, nec quid-  
(c) Beat. vit. 7 quam mutavit optima. (c) Adjice nunc, quod non ex-  
terna cogunt Deos, sed sua illis in legem æterna voluntas est, statuerunt, quæ non mutarent. Itaque non pos-  
sunt videri facturi aliquid, quamvis nolint : quia quic-  
quid desinere non possunt, perseverare voluerunt : nec  
unquam primi consilii deos pœnitet. Sine dubio stare  
illis & desciscere in contrarium, non licet : sed non ob  
aliud, quam quia vis sua illos in proposito tenet ; nec  
(d) benef. 6.  
23. imbecillitate permanent, sed quia non libet ab optimis  
aberrare, & sic ire decretum est. (d) Necesse est enim  
ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt :  
nec ob hoc minus liber & potens est, ipse enim est ne-  
cessitas sua. (e)

(e) Praef. Q.

N. lib. I.

Immensi-

tas.

(f) ep. 83.

(g) ep. 41.

(h) 4. benef. 8

(i) ep. 95.

§. 5. Nihil Deo clusum est, interest animis no-  
stris & cogitationibus mediis intervenit. (f) Prope est à  
te Deus, tecum est, intus est, (g) & quocunque te flexe-  
ris, ibi illum videbis occurrentem tibi, nihil ab illo vacat :  
opus suum ipse implet. (b) Ubique (i) & omnibus præ-  
sto est. (j)

§. 6. Sic

Unitatem Dei à Seneca statui, Lipsius ex illis benef. 4. 7. colligere vult.  
Tot appellationes ejus, i. e. unius, esse possunt, quot munera. Sed  
forsitan certius ex illis, benef. 4. 8. Omnia ejusdem Dei nomina-  
sunt. Simplicitas vero Dei in periculo est, si Deus est mundus,  
& per consequens corpus; salvabitur tamen, si, quod Consol. Helv.  
8. dicit, Deus est incorporalis ratio.

¶. Sed Seneca de Clementia, 1. 8. dicit : Cum diis tibi communis ista ne-  
cessitas est, nam illos quoque cœlum alligatos tenet : nec magis illis de-  
scendere datum est, quam tibi tutum. Verum res salva est, passim  
enim Deum mentem facit per hoc universum diffusam, ergo potius  
stellas hoc loco intelligit, quas Deos vocare Stoicos non insolens  
erat. conf. benef. 7. 31.

De æternitate Dei an aliqua sententia à Seneca speranda sit, dubito, cum  
Plutarchus libr. aduersus Stoicos scribere non vereatur : quasi enim  
iis

§. 6. Sic igitur vivendum, tanquam in conspectu *Scientia*  
vivamus: sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus in-  
timum inspicere possit: & potest. Quid enim prodest  
ab homine aliquid esse secretum? nihil Deo clusum est.  
(k) Imo in prima illa constitutione, cum universa Dii dis-  
ponerent, etiam nostra viderunt, rationemque hominis  
habuerunt. (l) Non possunt enim dii videri nescisse,  
quid effecturi essent, cum omnibus alimenta protinus, &  
auxilia providerint. (m)

§. 7. Mitte animum ad hoc, quo neque formosius est  
quicquam, nec dispositius, nec in proposito constantius,  
(n) & videbis artificem, qui tantam magnitudinem in-  
legem & ordinem venire jussit, qui sparsa collegit, confu-  
sa distinxit, & in una deformitate latentibus faciem di-  
visit. (o) Natura (1) hoc quod vides regnum, mutatio-  
nibus temperat. Nubilo serena succedunt: turbantur  
maria, cum quieverunt: flant invicem venti: noctem  
dies sequitur: pars cœli consurgit, pars mergitur: con-  
trariis rerum æternitas constat. (p)

§. 8. Natura æquum justumque composuit. Ex *Justitia*.  
illius constitutione miserius est nocere, quam lædi. Ex  
illius imperio paratæ sunt juvantis manus. (q) Deus nec (q) ep. 95.  
dat quidem malum, nec habet: cæterum castigat quos-  
dam & coertet, & irrogat pœnas, & aliquando specie  
boni punit. (r) Et patrium adversus bonos viros ani- (r) ead. epist.  
mum habet, & illos fortiter amat, & operibus, inquit, do-

F 3 lo-

ies dantis (Stoicis nimirum) homo est natus aut fuit, qui non interi-  
tus expertem ac sempiternum existimat Deum? Confirmor in hoc, ex  
illo 4. benef. 8. Deum vocari Herculem; quia his ejus invicta sit, cum  
que lassata fuerit, operibus editis, in ignem recessum. Nam his verbis  
suam respicit εκπύρωσιν, quæ cum aeternitate stare nequit.

i. Velut in epistola 65. loquitur: *Deus ista temperat.*  
Veracitatem Dei colliges ex dictis de immutabilitate.

(k) ep. 83.  
*præsentium*  
*& futu-*  
*rorum.*

(1) 6. benef.  
23.  
(m) ibid.  
*Sapientia.*  
(n) præfat.  
Q. N. lib. 1.

(o) ep. 65.  
(p) ep. 107.

31.

31.

31.

31.

31.

31.

31.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

Ioribus ac damnis exagitentur, ut verum colligant robur.

(s) Provid. 2. (s) Eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcer, molles venturis malis servat. Quisquis videtur di-

(t) Prov. 4. missus esse, dilatus est. (t)

Potentia.

§. 9. Utrum Deus quicquid vult, efficiat, an in multis rebus illum tractanda destituant: & à magno artifice, prava formantur multa, non quia cessat ars, sed quia id (1) in quo exercetur, sæpe inobsequens arti est, utile erit cognoscere. (u) Deus maximus est potètissimusque, ipse vehit omnia. (x) Ingentis spiritus res est, cum orientem occidentemque lustraveris animo, quo etiam remota & solitudinibus interclusa penetrantur, cum tot animalia tantam copiam rerum, quas natura beatissimè fundit, asperxeri; emittere hanc Dei vocem: hæc omnia mea sunt.

(y) 7. benef. 3. (y) Sed sine dubio stare illis & desciscere in contrarium, non licet: sed non ob aliud, quam quia vis sua illos in proposito tenet; nec imbecillitate permanent, sed quia non libet ab optimis aberrare, & sic ire decretum (z) 6. benef. 23. est. (z)

Bonitas.

§. 10. Quæris, quid sit propositum Dei? Bonitas. Ita certe Plato ait: Quæ Deo faciendi mundum causa fuit? bonus est, bono nulla cujusquam boni invidia est. (a) Natura enim causa diis beneficiendi. Errat enim, si quis putat illos nocere velle; non possunt, nec injuriam accipere queunt, nec facere. Quis dubitare potest, quin deorum immortalium munus sit, quod vivimus. (b) Et quis est tam miser, tam neglectus, quis tam

du-

1. Stoici materiam dicunt causam monstrorum & naturæ defectuum.

2. Ex eo tamen Plinius H. N. 2. 7. colligere non debet, Deum non esse, omnipotentem, cum quævis potentia judicanda sit ex suo objecto. Potest igitur Deus omnia possibilia, quæ non important defectum & imperfectionem.

duro fato, & in pœnam genitus, quod non tantam Deorum munificentiam senserit? Ipsos illos complorantes fortem suam, & querulos circumspice; invenies non ex toto beneficiorum cœlestium expertes: neminem esse, ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manaverit. (c) Plurima vero ac maxima beneficia in nos Deus confert, sine spe recipiendi: quoniam nec ille collato (c) 4. benef. & s. tot. eget, nec nos ei quicquam conferre possumus. (d) Nam & sceleratis sol oritur, & piratis patent maria. (e) Quædam ergo munera Deus in universum humano generi (d) 4. benef. (e) 9. 26. dedit, à quibus excluditur nemo, nec enim poterat fieri, ut ventus bonis viris secundus esset, contrarius malis: commune autem bonum erat patere commercium maris, & regnum humani generis relaxari. Nec poterat lex casuris imbribus dici, ne in malorum improborumque rura defluerent. (f) Ne Deos quidem immortales ab hac tam effusa necessitate sacrilegi, negligentesque eo- (f) 4. benef. rum, deterrent. (g) Sed more optimorum parentum, qui maledictis suorum infantium arrident, non cessant dii beneficia congerere, de beneficiorum auctore dubitantibus: sed æquali tenore bona sua per gentes populosque distribuunt, unam potentiam fortiti, prodeſſe. Spargunt opportunis imbribus terras, maria flatu movent, siderum cursu notant tempora, hiemes æstatesque interventu lenioris spiritus molliunt: errorem labentium animorum placide ac propitii ferunt. (h) (h) 7. benef. p.

§. 11. Si porro primam & generalem mundi causam quæris, est illa ratio faciens, id est Deus. Plato dicit mundum habere quinque causas: id ex quo, id à quo, id quo, id ad quod, id propter quod. Faciens hic Deus est: ex quo sit, hæc materia est: forma, hic est ha-

Causas  
mundi.

bitus & ordo mundi, quem videmus. Exemplar, scil. ad quod Deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit: propositum propter quod fecit, est bonitas. Sed omnes ex una pendent, ex ea quæ facit. Formam dicis causam esse hanc imponit artifex operi; pars est non causa. (1) Exemplar quoque non est causa, sed instrumentum cau-  
sæ necessarium. Propositum non est causa efficiens, sed

(i) ep. 65.

(k) consol. ad  
Helv. 6.

Providen-  
tia.

(l) ep. 95.

(m) 6. benef.  
23.

(n) cit. loc.

superveniens. (i) Animus quoque noster, si primam e-  
jus originem inspexeris, non est ex terreno gravique,  
concreta corpore, ex illo cœlesti spiritu descendit. (k)

§. 12. Dii sunt, qui præsident mundo, qui uni-  
versa ut sua temperant, qui humani generis tutelam ge-  
runt, interdum curiosi singulorum. (2) (l) In prima  
illa constitutione, cum universa disponerent, etiam no-  
stra viderunt dii, rationemque hominis habuerunt. Ita-  
que non possunt videri sua tantum causa decurrere, &  
explicare opus suum, quia pars operis sumus & nos. (m)  
Sed in nostras quoque utilitates à principio rerum præ-  
missa mens est, & is ordo mundo datus, ut appareat cu-  
ram nostri non inter ultima habitam. (n) Non possunt  
enim dii videri nescisse, quid effecturi essent, cum o-  
mnibus alimenta protinus, & auxilia providerint: nec  
eos per negligentiam genuere, quibus tam multa gene-  
rabant. Cogitavit enim nos ante natura, quam fecit: nec  
tam leve opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Vi-  
de

1. Explicanda hæc sunt ex doctrina Stoicorum, qui dicunt duo esse in  
rerum natura, ex quibus omnia fiunt: causam & materiam. Cau-  
sa est, quæ facit, format, versat & producit, conf. ep. 65. Quæ igitur  
nec faciunt, nec formant &c, illa etiam non erunt causæ.

2. Ergo interdum negligentes? quod Stoicorum dogma esse videtur.  
Emollit rem Lippius, & interdum singulis Deo connivente vel per-  
mittente quædam accidere. Certe Libellus de Providentia negle-  
ctus contrarius est. Physiol. I. 16, p. 86.

de, quantum nobis permiserit, quam non intra homines, humani imperii conditio sit. (o) Passim jacent alii ibid.  
menta, quæ rerum natura omnibus locis deposita. (p) (p) Conf.  
Inter cætera autem providentia opera, hoc quoque ali- Helv. 9.  
quis, ut dignum admiratione, suspexerit. Non enim ex una causa ventos aut invenit, aut per diversa disposuit: sed primum, ut aëra non sinerent pigescere, sed assida vexatione utilem redderent, vitalemque tracturis. Deinde ut imbræ terris subministrarent, iidemque nimios compescerent. Nam modo adducunt nubes, modo diducunt, ut per totum orbem pluviae dividì possent. In Italiam auster impellit, aquilo in Africam reicit: Etæsiæ non patiuntur apud nos nubes consistere. Idem totam Indiam & Æthiopiam continuis per id tempus aquis irrigant. (q) Sunt autem, qui putent, sibi ipsis (q) s. Q. N. 18. animum esse, & quidem providum ac dispensantem singula, & sua, & aliena: hoc autem universum, in quo nos quoque sumus, expers esse consilii, & aut ferri temeritate quadam, aut natura nesciente quid faciat. (r) (r) prefat. Sed supervacaneum est in præsentia ostendere, non sine 1. Q. N. aliquo custode tantum opus stare, nec hunc siderum certum discursum fortuiti impetus esse, & quæ causas incitat, sæpe turbari & cito arietare. Hanc inoffensam, velocitatem procedere æternæ legis imperio, tantum rerum terra marique gestantem, tantum clarissimorum luminum & ex dispositione lucentium. (s) Verum cur (s) Provid. 1. multa bonis viris adversa eveniunt? Deus quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet: eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis servat. Erratis enim, si quem judicatis exceptum: veniet ad illum diu felicem sua portio. Quisquis videtur

G

videtur

(t) Prov. 4. videtur dimissus esse , dilatus est. (t) Hanc itaque rationem dii seqvuntur in bonis viris , quam in discipulis suis præceptores: qui plus laboris ab his exigunt , in quibus certior spes est. (u)

(u) loc. cit.

## Partis I.

### SECTIO II.

De

## Fine Formali, beatitudine.

§. I.

Pauci sunt, qui consilio se suaque disponant: cæteri eorum more , quæ fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur. (x) Retrahe igitur te à vanis: & cum voles scire, quod petis, utrum naturalem habeat , an cœcam cupiditatem , considera an possit alicubi consistere. Si longe progresso , semper aliquid longius restat , scito id naturale non esse. (y) Finis aliquis ponendus est. Ideo constituendum est, quid velimus, & in eo perseverandum.(z) Et hoc est sumnum Bonum, quod constat ex actionibus rectis. (a) Ubi præcipue in animo habeamus vetus illud præceptum : *Deum sequere.* (b) Hoc est illud bonum immensum & insuperabile , ubi necesse est consistat voluntas nostra , quia ultra summum non est locus. (c) Quod si occupas , incipis Deorum socius fieri non supplex. (d) Ubi aliquis tandem liber , tandem tutus , quiescit, (e) & restitutus in eum locum, in quo fuerat, antequam nasceretur , expers omnis mali , nihil timet , nihil cupit , nihil patitur ; sed animus veluti ex diuitio-

(x) ep. 23.

(y) ep. 16.

(z) ep. 23.

Quid?

(a) ep. 54.

(b) beat. vit.

15.

(c) ep. 74.

(d) ep. 31.

(e) Polyb.

conf. 28.

tino carcere emissus , tandem sui juris & arbitrii gestit  
& rerum naturæ spectaculo fruitur & humana omnia ex  
superiore loco despicit ; divina vero , quorum rationem  
tamdiu frustra quæsiverat , propius intuetur. (f) At- (f) conf.  
que libero & aperto cœlo fruitur , postquam ex humili Polyb. 27.  
atque depresso in eum emicuit locum , quisquis ille est ,  
qui solutas vinculis animas beato recipit sinu : ubi libe-  
re vagatur , omniaque rerum naturæ bona cum summa  
voluptate percipit. (g) Voluptas autem illa non est (g) Polyb. 28.  
levis & fugax & subinde rejicienda , sed stabilis & cer- Conse-  
ta. (h) Nam summa beatæ vitæ est solida securitas & quens.  
inconcussa fiducia , (i) & gaudium ex se ortum & fir- (h) ep. 18.  
mum quod crescit & ad extremum usque persequitur. (i) ep. 44.  
Cetera verò , quorum admiratio est , vulgo in diem bona  
sunt. (k) Omnes tendunt ad gaudium : sed unde stabile (k) ep. 9.  
magnumque consequantur , ignorant : Ille ex conviviis  
& luxuria : ille ex ambitione & circumfusa clientium tur-  
ba : ille ex amica : alius ex studiorum liberalium vana  
ostentatione & nihil sanantibus literis. Omnes istos ob-  
lectamenta fallacia & brevia decipiunt : Sicut ebrie-  
tas , quæ unius horæ hilarem insaniam longi temporis  
tædio pensat. (l)

§. 2. Nam plena & infesta variis casibus vita no- (l) ep. 59.  
stra est , à quibus nulli longa pax , vix induciæ sunt , (m) vita.  
& quocunque te abdideris , mala humana circumstre- Non in hac  
pent. Multa extra sunt , quæ circumeunt nos , quo aut  
fallant aut urgeant ; multa intus , quæ etiam in media  
solitudine exæstuant. (n) Quis sine querela moritur ? (n) ep. 82.  
quis extremo dicere audet : vici & quem dederat cur-  
sum fortuna , peregi ? (o) Hac conditione nati sumus , (o) s. bef.  
animalia obnoxia non paucioribus animi , quam cor- 17.  
poris

(p) 2. Ira. 9. poris morbis. (p) Quemadmodum enim per frequentia urbis loca properanti in multos incurritandum est , & alicubi labi necesse est , alicubi retineri , alicubi resperi : ita in hoc vitæ actu dissipato & vago multa impedimenta , multæ querelæ incident. Alius spem nostram sefellit , alius distulit , alius intercepit : non ex destinato proposita fluxerunt. Nulli fortuna tam dedita est , ut

\*  
(q) 3. Ira. 6. multa tentanti ubique respondeat. (q) Omnes agendum mortales circumspice : larga ubique flendi & assidua materia : alium ad quotidianum opus laboriosa egestas vocat : alium ambitio nunquam quieta solicitat : aliis dignitas , quas optaverat , metuit , & voto laborat suo : alium solicitude , alium labor torquet , alium semper vestibulum obsidens turba : hic habere se dolet liberos , hic perdidisse. Lacrumæ nobis deerunt , antequam causa dolendi. Non vides , qualem vitam nobis rerum natura permiserit , quæ primum nascentium omen fletum esse voluit ? Hoc principio edimur , huic omnis sequentium

(r) conf. Sic vitam agimus. (r) Nulla Polyb. 23. domus in toto orbe terrarum aut est , aut fuit sine aliqua comploratione. (s) Omnia , quæ humana , brevia &

(t) conf. caduca sunt , infiniti temporis nullam partem occupantia. (t) Minorem partem ætas nostra quam puncti habet , Marc. 20.

(u) eod. loc. si tempori comparetur omni , cuius major est mensura ,

(x) tranquill. quam mundi: (u) Profecto novimus , in quam tumultuosum contubernium natura nos cluserit. (x) Vita enim ,

(y) brevit. fine fructu , sine voluptate sine ullo profectu animi est ,

Vit. 20. (y) & intra nos quoque & in visceribus ipsis malum ,

(z) ep. 50. residet. (z) Brevibus : omnis vita servitium est , (a) &

(a) Tranq. in regnum fortunæ durum atque invictum pervenimus ,

An. 10. illius arbitrio digna atque indigna passuri. (b)

(b) Conf. Marc. 10.

S. 3.

§. 3. Emissis autem meliora restant , onere de- Sed in al-  
tracto , (c) ubi æterni , meliorisque status erimus , despo- tera vita  
liati oneribus , nobisque relieti . (d) Tunc animus noster datur.  
habebit , quod gratuletur sibi , cum emissus his tenebris , (c) ep. 24.  
in quibus volutatur , non tenui visu clara prospexit , sed (d) Conf.  
totum diem admiserit , & redditus cœlo suo fuerit , cum Marc. 24.  
recepit locum , quem occupavit sorte nascendi . Sur-  
sum vocant illum initia sua . (e) Expectant vero nos , si (e) ep. 79.  
ex hac aliquando fece in illud evadimus sublime & ex-  
celsum , tranquillitas animi , & expulsis erroribus abso-  
luta libertas . (f) Hic obruitur animus , obfuscatur , in- (f) ep. 75.  
ficitur , arcetur à veris & suis , in falsa conjectus omne illi-  
cum hac carne grave certamen est , ne abstrahatur & si-  
dat : nititur illo , unde dimissus est : ibi illum æterna  
requies manet , è confusis crassisque pura & liquida vi-  
sentem : (g) ad excelsa vero sublatius inter felices ani- (g) conf.  
mas curret , excipietque illum coetus sacer , (h) magna Marc. 24.  
itidem & æterna pax non divitiarum cura , non pauper- (h) conf.  
tatis metu , non libidinis per voluptatem animos car- Marc. 25.  
pentis stimulis incessetur , non invidia felicitatis alienæ  
tangetur , nec suæ premetur ; sed ibi consistet , unde  
nil eum pellat , ubi nil terreat . (i) ô quando videbis , ani- (i) conf.  
me mi , illud tempus , quo scis tempus ad te non per- Marc. 19.  
nere , quo tranquillus placidusq; eris , & crastini negligens  
& in summa tui satietae . (k) (k) ep. 32.

§. 4. In hoc autem tam procelloso , & in omnes Mors an-  
tempestates exposito mari navigantibus nullus portus , ni- tecedit.  
si mortis est , (l) quæ homini nascenti determinata est . (l) conf. ad  
In hanc legem enim datus , hoc fatum ab utero statim Polyb. 28.  
prosequitur . (m) Fixus cuique terminus : manebit sem- (m) conf. ad  
per , ubi positus est : nec illum ulterius diligentia aut Marc. 10.  
gratia

(n) consol. ad  
Marc. 20. gratia promovebit : (n) omne genus , quodque est ,  
quodque erit , morte damnatum est , omnes , quæ unquam  
rerum potiuntur , urbes , quæque alienorum imperiorum  
magna sunt decora , ubi fuerint , aliquando quæretur , &  
(o) ep. 71. vario exitii genere tollentur . (o) Omnes eadem condi-  
tio devinxit : cui nasci contigit , mori restat . Inter-  
vallis distingvimus , exitu æquamur . Hoc , quod inter  
primum diem & ultimum jacet , varium & incertum  
est . (p) Nihilominus tamen nostra quoque providen-  
tia longiorem prorogari huic corpusculo moram , si vo-  
luptates , quibus major pars perit , potuerimus regere  
& coercere . Plato ipse ad senectutem se diligentia  
pertulit . (q)

(q) ep. 58.  
*Resurre-*  
*cio.*

(r) ep. 36.  
*Judicium*  
*Extremū,*  
*& con-*  
*summatio*  
*seculi.*

(s) ep. 26.  
(t) ep. 79.  
(u) ep. 102.  
(x) cons. ad  
Polyb. 20.

§. 5. Evidem desinunt ista , non pereunt . Et  
mors , quam pertimescimus ac recusamus , intermittit  
vitam , non eripit . Veniet iterum qui nos in lucem  
reponat dies , quem multi recusarent , nisi oblitos redu-  
ceret . Aequo animo debet redditurus (r) exire . (r)

§. 6. Ille quoque latus sententiam de omnibus  
annis dies (z) veniet , (s) qui conditam & seculi sui ma-  
lignitate compressam (virtutem) publicet , (t) & mix-  
tum hoc humani divinique secernat corpus . (u) Mun-  
do quidam minantur interitum & hoc universum quod  
omnia divina humanaque complectitur , si fas putas cre-  
dere , dies aliquis dissipabit & in confusionem veterem  
demerget . (x) Illoque tempore quo se mundus reno-  
vat

1. Possibilitatem resurrectionis gentiles aspernati non fuerunt . con-  
ser. Calixt. de resurrectione carnis . Thomam contra gentes lib. 4.  
¶ c. 79. ad fin.
2. Judicium aliquod post hanc vitam fore agnoverunt gentiles sapien-  
tiores . Quidam vero videntur illud universale statuto quodam die ,  
alii particulare atque statim post corporis & animæ solutionem vo-  
luisse . conf. Theoph. Raynaud . Th. N. D. 8. q. 4. n. 1. p. m. 699. seqq.

31.

vaturus extingvat , viribus ista se suis cædant , & sidera  
sideribus incident , & omni flagrante materia , uno  
igne , quicquid nunc ex disposito lucet , ardebit. (y) (y) consol. ad  
Marc. 26.  
Nam conflagratio (1) est futura , (z) cum Deo visum (z) 3.Q.N.28.  
ordiri meliora , vetera finiri. Aqua & ignis terrenis do-  
minantur. Ex his ortus , & ex his interitus. (2) (a) Ab (a) ibid,  
ipso quippe primo die mundi , cum in hunc habitum ex  
informi unitate discederet , quando mergerentur terre-  
na , decretum est : & ne sit quandoque , velut in novo ope-  
re , dura molitio , olim ad hæc maria se exercent. Non  
vides , ut fluctus in litora , tanquam exiturus incurrat ?  
Non vides , ut æstus fines suos transeat & in possessionem  
terrarum mare inducat ? (b) Hæc cum accident , non (b) 3.Q.N.30.  
terra , non cœlum , non totus hic rerum omnium con-  
textus , quamvis deo agente ducatur , semper tenebit  
hunc ordinem : sed illum ex hoc cursu aliquis dies de-  
jicit. (c) Quæcumque vides supra nos currere , & hæc (c) ep. 71.  
quibus innixi & impositi sumus veluti solidissimis car-  
pentur , ac desinent. Nulli non senectus sua est. (d) In- (d) loc. cit.  
undationibus , quicquid habitatur , obducet (fatum) :  
necabitque omne animal orbe submerso & ignibus vastis  
torrebit incendetque mortalia. (e) Berosus , qui Belum (e) conf.  
interpretatus est , ait , cursu ista siderum fieri : & adeo  
quidem id affirmat , ut conflagrationi , atque diluvio ,  
tem-

1. Επιγέων Stoicorum ex hoc §. satis patet , & de illa Minut. Felix.  
p. 77. seqq. edit. VVovveri monet , quod illi de divinis prædictioni-  
bus prophetarum umbram interpolata veritatis mutuati sunt. Verum  
quantum lux & umbra distant , tantum Stoica exustio videtur rece-  
dere à conflagratione , quam Christiani norunt. conf. eruditam B.  
Thomasii de Stoica mundi exustione Dissertationem integrām.
2. Crambem hanc pluribus & speciose iterum apposuit in theoria tel-  
luris sacra Th. Bernutius Anglus , qui ex eo etiam statuit crebriora  
fore circa mundi finem ignita phænomena.

tempus assignet : arsura enim terrena contendit , quan-  
do omnia sidera , quæ nunc diversos agunt cursus , in can-  
crum convenerint , sic sub eodem posita vestigio , ut recta  
linea exire per orbis omnium possit : innundationem fu-  
turam , cum eadem siderum turba in capricornum con-  
(f) 3. Q.N. 29. venerit. (f) Nihil difficile erit naturæ , utique ubi in  
finem sui properat. Ad originem rerum parce utitur  
viribus , dispensatque se incrementis fallentibus subito ad  
(g) 3. Q.N. 27. ruinam toto impetu venit. (g) Omne autem ex inte-  
gro animal generabitur dabiturque terris homo inscius  
(h) 3. Q.N. 30. scelerum , & melioribus auspiciis natus. (h)

## PARS II.

DE

## SUBJECTO OPERA- TIONIS.

§. 1.

**N**unquam vero erit bonum in eo , quod irrationale est ,  
nec in arbore , nec in muto animali. Nisi ubi rationi  
locus est , bonum non est. Si aliquod erit bonum in muto  
animali ; erit aliqua virtus , erit aliquid perfectum : sed  
quale? nec bonum absolute , nec virtus , nec perfectum.  
Hæc enim rationalibus solis contingunt , quibus datum  
est scire , quare , quatenus , quemadmodum. (i) Ho-  
minem igitur , licet ad immortalium cognitionem nimis  
sit mortalis , (k) philosophia tamen non rejicit. (l) Est  
enim optimum & commendatissimum naturæ opus , (m)  
& inter maxima rerum suarum natura nihil habet ,  
(n) 6. benef. 23. quo magis glorietur , aut certe cui glorietur. (n) Ratio-  
(o) ep. 41. (p) ep. 92. (p) natura mundum & elegans. (p) §. 2.

(i) ep. 114.  
*Subjectum*

*quod.*

(k) vit.

Beat. 32.

(l) ep. 44.

(m) lib. 1. de

irac. 5.

(n) 6. benef. 23.

(o) ep. 41.

(p) ep. 92.

31.

§. 2. Hujus melior pars est animus, (q) præter quam q) præfat,  
in homine nihil est mirabile. (r) Eum nos habere, nos sci- Q. N. 1.  
mus; quid sit animus, ubi sit, qualis sit, & unde nescimus. r) ep. 8.

(s) Alius illum dicet esse spiritum, alias concentum quen- s) ep. 121.  
dam, alias vim divinam & Dei partem, alias tenuissimum  
aerem, alias incorporalem potentiam. Non deerit qui san-  
guinem dicat, qui calorem. Adeo animo non potest lique-  
re de ceteris rebus, ut adhuc ipse se quærat. (t) Non autem t) 7. Q. N. 24.  
aliud illum voces quam Deum in humano corpore hospitan-  
tem, (u) vel tanquam partem (i) ex mente Dei in hoc mortale u) ep. 31.  
pectus defluxisse. (x) Et hoc habet argumentum Divinitatis x) ep. 120.  
sua, quod eum divina delestant. (y) Vel nihil aliud est ani- y) præfat.  
mus, quam quodammodo se habens Spiritus. (z) Ipse sacer z) ep. 50.  
& æternus est, cui non possit injici manus: (a) pars mundi a) consol. ad  
magnificentissima, propria nobis & perpetua, tamdiu nobis- Helv. II.  
cum mansura, quamdiu ipsi manebimus, (b) nec unquam b) consol. Helv.  
interit: (c) malorum bonorumque nostrorum observator & 8.  
custos, (d) qui suas partes ministras habet, per quas move- c) ep. 108.  
mur alimurque, propter ipsum principale nobis datas. (e) d) ep. 41.  
Quo incolumi, cetera manent in officio, parent & obtempe- e) ep. 92.

rant: cum ille paulum vacillavit, simul dubitant: cum vero  
cessit voluptati, artes quoq; ejus aëtusque marcent, & omnis  
ex languido fluidoque conatus est. (f) Ex duabus partibus f) ep. 114.  
ille compositus est. Altera est irrationalis: hæc mordetur,,  
uritur & dolet. Altera rationalis, hæc inconcussas opiniones  
habet, intrepida est & indomita. (g)

g) ep. 71.

§. 3. Una est ratio recta & simplex, (h) qua in homi-  
ne optimum est; hac antecedit animalia, Deos sequitur. Pro-  
prium hominis bonum est: cetera illi cum animalibus satis-

Anima fa-  
cultates.

i. intellectus

h) ep. 66.

H que  
(i) Animam nostram esse partem Dei, vel particulam divinæ auræ, Sto-  
ei, Poetæ, nec non Hebræorum sapientes quidam, qui sine dubio se-  
ducti verbis illis, quod Deus primo homini animam inspiraverit, de-  
fenderunt. Sed ex hac sententia sequeretur, Deum esse mutabilem,  
vel animam esse omnis mutationis expertem, ita ut nec in melius, nec  
in deterius illa proficere aut deficit posset: quo ipso dum sapientes  
illi bene de se ipsis opinantur, Deum discerpunt & lacerant.

que communia sunt. Valet? & leones. Formosus est? & pavones. Velox est? & equi. Non dico, in his omnibus vincitur. Non quero, quid in se maximum habeat, sed quid sum. Corpus habet? & arbores. Habet impetum, & motum voluntarium? & bestiæ & vermes. Habet vocem? sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilæ, graviorem tau i, dulciorem mobilioremque lusciniæ. Homini suum bonum ratio est; si hanc perfecit, laudibilis est, & finē naturæ suæ attigit. (i) Hæc non servit, sed imperat sensibus. (k) Nulli nisi homini concessa providentia est, diligentia, cogitatio: nec tantum virtutibus humanis, sed etiam vitiis prohibita sunt. (l) Acies hæc nostra aperit sibi investigando viam: & fundamenta veri jacit, ut inquisitio transeat ex apertis in obscura, & aliquid ipso mundo inveniat antiquius. (m) Sæpe autem animus noster ad vera perspicienda caligat. (n) Est enim inter cetera mortalitatis incommoda caligo mentium. (o) Tamdiu enim ratio ipsa, cui freni traduntur, potens est, quamdiu diducta est ab effectibus: si miscuit se illis, & inquinavit, non potest continere quos submoveare potuisset. Commota enim semel & concussa mens ei servit, à quo impellitur. (p)

§. 4. Quid porro tibi opus est, ut sis bonus? velle. (q) Nam nihil honeste sit, nisi cui totus animus incubuit, atque afficit, cui nulla hac parte repugnavit. (r) Actio recta non erit, nisi recta fuerit voluntas, ab hac enim est actio. (s) Voluntas est, quæ apud nos ponit officium. (t) Nam omne honestum voluntarium est. (u) Hujus mutatio indicat animu natare, aliubi atque aliubi apparere, prout tulit ventus. (x) Inde melius probamus honesta, quam sequimur. Videmus, ubi sit posita felicitas, sed ad illam pervenire non audemus. (y) Eapropter opto tibi tui facultatem, ut vagis cogitationibus agitata mens tandem resistat & certa sit: ut placeat sibi & intellectis veris bonis, quæ simul intellecta sunt, possidentur, & tatis adjectiora non egeat. (z) Si perseveraveris & incubueris, & id egeris, ut omnia facta dictaque tua inter se congruant ac respondeant sibi & una forma percussa sint, bonus eris. (a)

§. 5. Pri-

**Ius perfe-  
tiones.**

- i) ep. 76.  
k) ep. 66.  
l) 1. Ira. 3.  
**Imperfe-  
tiones.**  
m) otio sap.  
32.

- n) ep. 71.  
o) 2. Ira. 9.

- p) 1. Ira. 7.

**2. Voluntas**

- q) ep. 108.

**Perfectio.**

- r) ep. 82.

- s) ep. 95.

- t) 6. benef. 11.

**Imperfectio**

- u) ep. 66.

- x) ep. 35.

- y) ep. 21.

- z) ep. 32.

- a) ep. 34.

§. 5. Prima verò omnium & potissima causa, quod novis semper cupiditatibus occupati, quod non quid habemus, *tus sensiti-*  
sed quid petamus, inspicimus; non in id quod est, sed quod *vus*.  
appetitur, intenti. Sequimur, quā ratio, non quā veritas trahit. (b) Num autem primum impetum sequimur, deinde  
quamvis vana nos concitaverint, perseveramus, ne videamur  
cœpisse sine causa. (c) Cupiditati nihil satis est, (d) & regis  
intra nos habemus animum, qui licentiam sibi dari velit, in  
se nolit. (e) Alium verborum, alium rerum contumelias mo-  
vent. Hic vult nobilitati suæ, hic formæ suæ parci. Ille ele-  
gantissimus haberit cupit, ille doctissimus. Hic superbiæ im-  
patiens est, hic contumaciaz: Ille servos non dignos putat,  
quibus irascatur: non omnes ab eadem parte feriuntur. (f) f) 3. Ira. 10.  
Homines interim haut vident, quam malam & noxiā servi-  
tutem servitus sit, quem voluptates doloresque, incertissi-  
ma dominia, impotentissimaque alternis possidebunt. (g) In- g) Vit. beat. 3;  
ter cetera autem mala illud pessimum est, quod vitia ipsa mu-  
tamus. Aliud ex alio placet, vexatque nos hoc quoque quod  
judicia nostra, non tantum prava, sed etiam levia sunt. Flu-  
tuamus, aliudque ex alio comprehendimus: petita relin-  
quimus, relicta repetimus: alterne inter cupiditatem nostram  
& pœnitentiam vices sunt. (h)

§. 6. Unde ad deteriora faciles sumus, (i) & omnia in omnibus vitia sunt, etiamsi non omnia in singulis extent. (k) Etenim expulso melioris & quiorisque respectu, quocunque uisum est, libido se impingit. (l) Si volumus & qui omnium rerum judices esse, hoc primum svadeamus, neminem nostrum esse sine culpa: (m) Et quid ulcus publicum abscondo? omnes mali sumus. (n) Non delinquimus tantum, sed ad extreum & vi delinquemus. (o) Alienæ quidem vitia in oculis habemus, à tergo nostro sunt. (p) Sapientissimi quoque vi- ri multa delinquent. (q) Sed quid est hoc, quod nos tendentes, alio trahit, & eò unde recedere cupimus, impellit? quid colluctatur cum animo nostro, nec permittit nobis quicquam que prima semel yelle? fluemus inter varia consilia, nihil libere vo- origo?

H 2 lu-

b) vit. beat. 18  
*Ex imper-  
fectionibus  
illis pecca-  
tum.*

i) ep. 97.

k) 4. benef. 27

l) 2. Ira. 8.

m) 2. Ira. 27.

n) 3. Ira. 26.

o) 1. Cle-  
ment. 6.

p) 2. Ira. 28.

q) 3. Ira. 24.

lumus, nihil absolute, nihil semper: stultitia, inquis es: cui nihil constat, nihil diu placet. Sed quomodo, aut quando nos ab illa revellemus? Nemo per fesatis valet, ut emergat: oportet manum aliquis porrigit, aliquis educat. (r)

r) ep. 52.

*Corpus ho-  
minis:*

s) ep. 120.

t) ep. 65.

u) ep. 20.

x) ep. 58.

y) ep. 54.

*eiusq[ue] mise-  
ria*

z) ep. 87.

a) conf. ad  
Marc. II.

b) ep. 120.

§. 7. Ipsum quoque corpus hospitium, & quidem breve hospitium est animi ab altiori sede venientis; (s) nihil minus tamen & pondus ac pena est. (t) Imo non videmus, quam multa nos mala exagitent. (u) Corpora ipsa rapiuntur fluminum more, (x) Omnia corporis aut incommoda, aut pericula per me transierunt. (y) Quocunque te abdideris, mala humana circumstrepent. Multa extra sunt, quae circumneunt nos, quo aut fallant, aut urgeant: multa intus, quae etiam in media solitudine existuant. (z) Homo est quassum vas, & quodlibet fragile: jactatu, non tempestate magna, ut dissiparis est opus. Ubiunque arietaveris, solveris. Quid est homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, suapte natura inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam projectum: cum bene lacertos exercuit, cuiuslibet feræ pabulum, cuiuslibet victimæ, ex infirmis fluidisque contextum, & lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, astus, laboris impatiens: ipso rursus situ & otio iturum in tabem, alimenta metuens sua, quorum modo inopia, modo copia rumpitur: anxiæ solicitæq[ue] tutelæ, precarii spiritus, & male hærentis, quem pavor repentinus adjectusve ex improviso sonus auribus gravis excutit: soli semper sibi nutrimentum, vitiosum & inutile. (a) Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore, ac fauibus querimur, alias nervi nos, alias pedes vexant: nunc dejectio, nunc destillatio: aliquando superest sanguis, aliquando deest: hinc atque illic tentamur, & expellimur. (b)

### Pars III.

#### De Causis & mediis beatitudinis.

*Causa bea-* §. 1. *F*acilis est ad beatam vitam via: inite modo bonis au-  
*itudinis.* spiti-

spiciis, ipsisque diis bene juvantibus. (a) Nam bonus vir si- a) 2. Ira. 13.  
ne Deo nemo est. (b) Dii omnium rerum optimi autores, (c) b) ep. 41.  
charissimos nos habuerunt habentque, & ipsis proximos col- c) 7. benef. 31.  
locaverunt. (d) Nego autem sine virtute vitam beatam pos- Media.  
se constare. (e) Ne forma quidem & vires beatum te reddere d) 2. benef. 29.  
possunt: nihil horum enim patitur vetustatem. (f) Ea pro- e) 4. benef. 2.  
pter ad finem bonum respice. Illi enim consentire debet quic- f) ep. 31.  
quid agimus. Non disponet singula, nisi cui jam vita summa proposita est. Nemo quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi jam constet, quid velit pingere. Ideo pecamus, quia de partibus vita omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet, quid petat ille, qui sagittam vult mittere: & tunc dirigere & moderari manu telum. (g) g) ep. 71.  
Quomodo, inquis, eo pervenit? non per Peninum Grajum-  
ve montem, nec per deserta Candavia: nec Syrtes tibi nec Scyl-  
la aut Charybdis, adeundæ sunt: tutum iter est, jucundum,  
est ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa, qua si non de- h) ep. 31.  
serueris, par Deo surges. (b) Cogita in te præter animum ni- h) ep. 31.  
hil esse mirabile: (i) te ipsum intus considera, (k) & quæras i) ep. 8.  
aliquid non in speciem bonum. (l) Quomodo dii colendi Deus co-  
sint vide. Accendere aliquem lucernam sabathis prohibea- lendus  
mus: quoniam nec lumine dii egent, & ne hominis quidem k) ep. 80.  
deletantur fuligine. Vetenus salutationibus matutinis fun- l) vit. beat. 3.  
gi, & foribus assidere templorum: humana ambitio istis of-  
ficiis capitur. Deum colit, qui novit. (m) Asperum cultum, m) ep. 95.  
& intonsum caput, & negligentiore barbam, & indictum  
divitiis odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud  
ambitionem perversa via sequitur, evita. (n) Primus Deorum n) ep. 5.  
cultus est, deos credere: deinde reddere illis majestatem su-  
am, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est. (o) Nun- o) ep. 95.  
quam plus agit sapiens quam cum in conspectum ejus divi-  
na & humana venerunt. (p) Non sunt ad cœlum elevandæ p) ep. 68.  
manus, non exorandus ædituus, ut nos ad aures simulacri,  
quasi magis exaudiri possumus, admittat: Prope est à te Deus. q) ep. 41.  
(q) Non in victimis, licet optimæ sint, auroque præfulgeant, Cultu spie- deo- rituali.

deorum est honos ; sed pia ac recta voluntate venerantium,  
Bonii etiam & farre ac fritilla religiosi sunt ; mali rursus non  
effugiant impietatem, quamvis aras sanguine multo crueta-  
r) i. benef. 6. verint. (r) Nunquam vero nos verecundiores esse debemus,  
quam cum de diis agitur. Si intramus templa compositi, ad  
sacrificium accessuri vultum submittamus, togam adduca-  
s) 7. Q.N. 30. mus, ac in omne argumentum modestiæ singamur. (s) Sic  
vive cum hominibus, tanquam Deus videat, sic loquere cum  
Deo, tanquam homines audiant. (t) Scio enim præsidies esse  
Deos, hos supra me circaque me stare, factorum dictorumq;  
censores. (u) Magnus animus Deo paret : & quicquid lex u-  
niversi jubet, sine cunctatione patiatur. (x) Nihil indigne-  
tur sibi accidere, sciatque illa ipsa quibus laedi videtur ad con-  
servationem universi pertinere, & ex his esse, quæ cursum  
mundi officiumq; consumant. Placeat homini quicquid Deo  
placuit : (y) ad utrosque casus aptus esto : bonorum rector  
& malorum vicit. (z) Cogitanda sunt omnia, & animus ad-  
versus ea, quæ possunt evenire, firmandus. (a) Et ad hanc le-  
gem animus noster aptandus est: hanc sequatur, huic pareat;  
& quæcumque fiunt, debuisse fieri putet : nec velit objurgare  
naturam. Optimum est pati, quod emendare non potes : &  
Deum quo auctore cuncta proveniunt, sine murmuratione,  
comitari. Malus miles est, qui Imperatorem gemens sequi-  
tur. (b) Semper in animis habeamus vetus præceptum illud:  
Deum sequere: Quisquid autem queritur, & plorat & gemit:  
imperata facere vi cogitur, & invitus rapitur ad jussa nihilo-  
minus. (c) Tantum sapiens ad omnem incursum munitus &  
interitus est: non si paupertas, non si luctus, non si ignomi-  
nia, non si dolor impetum faciat, pedem referet: Interitus  
& contra illa ibit & inter illa. (d) Haec igitur & hujusmodi  
versanda sunt animo si volumus illam ultimam horam pla-  
cide expectare. (e)

§. 2. Si vis esse felix, deos ora, (f) & votorum tuo-  
rum veterum licet diis gratiam facias: alia de integro susci-  
pe. Roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde  
corporis. Quidni tu ista vota sæpe facias ? audacter  
De-

Dewis invoca-  
candum.

Deum roga, nihil illum de alieno rogaturus: (g) Deos au- g) ep. 10.  
tē, quibus honestissime supplicamus, tacite malum & intra  
nosmet ipsos precari. (h) Emerge deinceps ad meliorem b) 2. benef. 1.  
vitam, propitiis diis, (i) & animi motus eos puta sanissimos i) ep. 22.  
validissimosque, qui nostro arbitrio ibunt, non suo feruntur.  
(k) O felicem vero illum, qui non adspectus tantum, sed et- k) 2. Ira. 35.  
iam cogitatus emendat! (l) Non enim in numero viventi- l) ep. 11.  
um positus es, ut cibos & potionē percolares, & hoc corpus  
causarium ac fluidum, periturumque, nisi subinde impleatur,  
farcires, & viveres ægri minister: ut mortem timeres, cui na-  
scimur: Sed ut virtus animum laxet ac præparet, ad cogni-  
tionem cœlestium. Tunc enim consummatum habebis ple-  
rumque bonum fortis humanæ, cum calcato omni malo, pe-  
nis altum & in interiorem sinum naturæ venis. (m) Quotidie  
adversus paupertatem aliquid, aliquid adversus mortem au- m) præf. Q.  
xilii compara, nec minus adversus cæteras pestes. (n) Argu- n) ep. 2.  
mentum enim compositæ mentis existimo, posse consistere  
& secum morari, (o) placidum esse tranquillumque & inju- o) ep. 2.  
rias atque offendentes superne despicer. (p) Facile est au- p) 1. Clem. 3.  
tem affectus, cum primum oriuntur, deprehendere. Mor-  
bum signa præcurrunt, quemadmodum tempestatis ac plu-  
via ante ipsas notæ veniunt: ita iræ, amoris, omniumque i-  
starum procellarum animos vexantium, sunt quædam præ-  
nuncia. Prodest, morbum suum nosse, & vires ejus, antequam  
spatientur, opprimere. (q) Omnes quidem præoccupati q) 3. Ira. 10.  
sumus virtutes discere, vitia dediscere: (r) Voluptatibus r) ep. 50.  
tamen non adjiciendum est, sed cupiditatibus detrahen-  
dum. (s) Virtus in te non incidet, nec levi quidem opera s) ep. 21.  
aut parvo labore cognoscitur: sed tanti est laborare, omnia t) ep. 76.  
bona semel occupaturo. (t) Proximus  
§.3. Sapiens interim & si se ipso contentus est, tamen amicus  
Amicum habere vult & vicinum. (u) nam laudi sibi ducit, u) ep. 9.  
quando homo mansuetus est homini. (x) Sociale quippe x) ep. 95.  
homo est animal & in commune genitus, (y) in adjutori- y) 7. benef. 1.  
um mutuum generatus: (z) & hoc ab illo exigitur ut præ- z) 1. Ira. 5.  
sit hominibus. (a) Ferina illa rabies est, sanguine gaudere a) Otio fa-  
ac pient. 30.

Virtus se-  
cunda &  
vitia fu-  
gienda.  
m) præf. Q.  
N. lib. 1.

n) ep. 2.

o) ep. 2.

p) 1. Clem. 3.

q) 3. Ira. 10.

r) ep. 50.

s) ep. 21.

t) ep. 76.

Proximus

diligendus

amicus

u) ep. 9.

x) ep. 95.

y) 7. benef. 1.

zinicus

z) 1. Ira. 5.

a) Otio fa-

ac pient. 30.

ac vulneribus: & abjecto homine in sylvestre animal transi-  
b) I. Clement. re. (b) Placidiores itaque invicem simus, (c) & aquiores  
24.  
etiam delinquentibus; (d) ac dum inter homines sumus,  
c) 3. Ira. 26. colamus humanitatem; (e) Alteri vivas oportet, si tibi vis  
d) 2. Ira. 28. vivere. (f) Magna enim laus est, si homo mansuetus est  
e) 3. Ira. 43. homini. (g) Etenim qui dat beneficium alteri, Deos imi-  
f) ep. 48. tatur. (h) Neminem despexeris, (i) nec errantes odisse,  
g) 3. benef. 4. prudentis est. (k) Ego amicis jucundus, inimicis mitis &  
h) 3. benef. 15. facilis, exorabor, antequam roger, honestis precibus occur-  
i) 3. benef. 28. ram. Patriam meam esse mundum sciam, & praesides De-  
k) 1. Ira. 14. os; hos supra me, circaque me stare, factorum dictorum-  
1) Vit. beat. 20. que Censores. (l) Non desinam communī bono operam,  
m) orium Sa- dare, adjuvare singulos, opem ferre etiam inimicis. (m)

*Etiam no-  
stri corpo-  
ris animi-  
que cura  
habenda.*

- n) Tranq. Animi. 4.  
o) Tranq. Animi. 9.  
p) ep. 14.  
q) ibid.  
r) ep. 24.  
s) ep. 82.  
t) ep. 26.  
u) ep. 30.

*Officia hæc  
præstare nō  
possimus.*  
x) 2. Ira. 7.  
y) ep. 105.  
z) ep. 94.  
a) ep. 52.  
b) ep. 10.

§. 4. Ante omnia autem necessum est se ipsum estimare: quia fere plus nobis videmur posse, quam possumus. (n) Discamus continentiam augere, luxuriam coercere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem & quis oculis adspicere, frugalitatem colere, etiamsi nos pudebit desideriis naturalibus parvo parata remedia adhibere: spes effrenatas, & animum in futura eminentem velut sub vinculis habere, id agere ut divitias à nobis potius, quam à fortuna petamus. (o) Interea indulgendum esse corpori non nego, serviendum nego. Multis enim serviet, qui corpori servit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus vivere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore. (p) Fateor insitam esse nobis corporis nostri charitatem, fateor nos hujus gerere tutelam. (q) Unde ridiculum est currere ad mortem tædi vita. (r) Sui enim amor est, & permanendi conservandique se insita voluntas atque aspernatio dissolutionis: quia videtur multa nobis bona eripere, & nos ex hac cui assuevimus rerum copia educere. (s) Quis exitus melior, quam in finem suum natura solvente dilabi? (t) Plus certe illi momenti habent, qui ad mortem veniunt sine odio vita. (u)

§. 5. Quanto latius officiorum pateat, quam Juris regula, ex his vides: quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, quæ omnia extra publicas tabulas sunt? (x) Sed multa obstrigant, & aciem nostram aut splendore nimio reperiunt, aut obscuro restringunt. (y) Tentat quidem indoles naturalis resurgere, & contra prava nititur: (z) Nemo tamquam per se satis valet, ut emergat, oportet manum aliquis porrigit, aliquis educat. (a) Roga igitur audacter Deum. (b) Hæc sunt L. B. quæ de Seneca ejusque Theologia communicare potui. Ceterum nec festinatio mea, quam typotheta tarditas retardavit, nec Praesidis adversa valetudo permittebant, singulis locis à sana philosophia recedentibus stricturas adjicere. Quapropter in conflictu, eas monebo. Errata, eruditus lector facile corriger, & inter ea p. 1. l. 2. s. 5. nota 1. lege gentiles sapientiores aspernati non fuerunt, quia sana ratio illam agnoscit.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747273472/phys\\_0072](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747273472/phys_0072)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rostdok/ppn747273472/phys\\_0073](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn747273472/phys_0073)

DFG





Sangvine Domini Latina lingua conscripsissima extant Criticorum judicia. Reiter vindicant Bertramo. Vid. *Riverum D. Cave* (δ), *Paul. Colomesium* (ε) & ex Doctoribus Romano-Catholicis assem Bertramo, haud intrepidè tamen hæsimulant. Alii non solum librum illuminant, (ζ), sed etiam supposititium huic in varias scinduntur partes, & in o ejus autore nequeant convenire. Sicut Job. *Oecolampadio*, Germanice de Marca, quem autorem operis (Caprohibitorum Romæ inserti) de *Cons Imperii*, seu de libertate Ecclesie Galplurimū Reverendus idemque *ωλυ-Diecmannus* (η), quamvis, ut ipse annus *Ephemeridum* placeat autor Doctisaluzius contendit (ι) à οὐγχέρῳ Berengena Scoto, quem nonnulli pudenda *Dunsio* Scoto, Doctore cognomento floruit, confundunt (κ), confectum habuisse Berengarium, ejusque sectatorer *Parisensis*, Canonicus Regul. S. *Aubus Boileau* Socius Sorbonicus præter ionis Doctores, genuinum *Ratramni* ionis doctrinæ non adversum esse, per. Nos de libelli ejus dogmatibus aliis ius. Qvod vero ad autorem attinet, non afferere Bertramo, moti cum primis monio & consensu. Conf. *Colomes.* (ν) *Lipfieses* (ξ) & nostrum Dn. D. *Læ-*

B

(α) l.c.